propter repurationem cognominatus alte
rius iacobi. Sicut iste filius alfei et ille

UVA.BHSC

filius zebedei · ambo app... sumserunt · frater
iacobi maior qui et euangelium p(ost) d(omi)n(u)m adnuntiauit · qui tamen maria
uxor alfei · soror fuit matris d(omi)ni · quam mariam cleope
iohannis euangelista cognominat · alfeus autem
ebreo sermone dicitur · Latine uero millesimus siue
doctus · Philippus · os lampadarum uel os · manuum ·
Tomas · abissus uel geminus · unde et grece didimus appellatur ·
Bartolomeus · syra lingua · filius suspendentis aquas uel
filius suspendentis me · Matheus · in ebreo donatus
exprimitur · Idem appellatur leui · ex tribu a quo ortus
fuit · In latino autem ex opere publicani nomen accepit ·
quia ex publicanis fuit electus et in apostolatum
translatus · Simon cananeus · ad distinctione
simonis petri · de uico galilee cana ubi aquas
d(omi)n(u)s mutauit in uinum · Ipse est qui in alio euange
lista scribitur zelotes · Cana namque zelus
in latino interpretatur · Iudas iacobi · qui alibi appel
latur lebbeus · figuratum nomen habens a corde ·
quod nos diminutiue corculum possumus appellare ·
Ipse in alio euangelista taddeus scribitur · quem
ecclesiastica historia missum ad ciui
tatem edissam ad abgarum regem · Iudas
scarioth · uel a uico in quo ortus est · uel ex tribu
isacar uocabulum sumsit · quodam presagio futuri
in condemnatione sui · Isacar enim interpretatur
merces · ut significaretur pretium pro
ditoris quo uendidit d(omi)n(u)m · Matthias qui
inter apostolos sine cognomine solus habetur ·
et in latino interpretatur donatus · subauditur
pro iuda · datus · Iste enim in loco eius electus est
ab apostolis · quum pro duobus sors mittetur ·
Marcus · excelsus mandato utiq(ue) propter euan
gelium altissimi quod predicauit ·

Lucas · Ipse consurgens siue ipse eleuans ·
Barnabas filius prophete uel filius consolationis ·
Hi duodecim sunt xpi discipuli predicatores fidei
et doctores gentium · qui dum omnes unum sint
singuli tamen eorum ad predicandum in mundo
sortes proprias acceperunt ·
Petrus roma · Andreas achaia · Tomas india ·
Iacobus spania · Iohannes asia · Matheus macedonia ·
Filiphus gallias · Bartolomeus licaonia ·
Simon zelotes egyptum · Iacobus frater d(omi)ni · Iherusalem ·
Paulo autem cum ceteris apostolis nulla sors pro
pria traditur · quia in omnibus gentibus magister
et predicator eligitur · Nam sicut petro et reliquis
circumcisionis apostolatus est datus · ita paulo
preputii in gentibus · Hic autem septem ecclesiis et gentibus
euangelii qua discipulis · hi sunt duodecim hore diei
que per xpm solem luminantur · hi sunt xii porte celestis
Iherusalem per quas ianuam beatam ingredimur · hi sunt primo
apostolica ecclesia · quem credimus firmissime super xpm
petram fundatam · hi sunt duodecim throni iudicantes
xii tribus israhel · hic ecclesiam per uniuersum orbem terrarum
dilatauit · hic est sancti scriptum · et electorum regu
le sacerdotum · per uniuersum mundum seminatores
serui fuerunt sed electi · et de hoc paruo grano
multa seges surrexit · hanc ecclesiam credimus
et tenemus · qui et supra euangelii a liberta quam
sit non xpianus sed anathema ... tria
matenuatu · ita perdicato in uno uicarium d(omi)ni
et quod facilius hunc seminis granum portent
huius mundi · quem prophete laborauerunt
et in mentem · sublatis formule picaum
demonstrat ·





BHSC

Martyres greca lingua. Latine testes dicuntur. Unde et testimonium grece martyrium nuncupatur.

Testes autem ideo vocati sunt quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt et usque ad mortem certaverunt. Martyrum primus in novo testamento Stephanus fuit. Qui hebreo sermone interpretatur norma. quod prior fuit in martyrio ad imitationem fidelium.

Idem autem et greco sermone in latino vertitur coronatus. Et hoc prophetice ut consequenter in prophetiam quodam futuri. prius in vocabulo sonaret. Passus est enim et quod vocabatur accepit. Corona dicitur. humiliatus lapidatus et sublimatus coronatus.

Duo sunt autem martyrii genera. unum in aperta passione. alterum in occulta animi virtute.

Nam multi hostis insidias tolerantes et diabolo resistentes et cunctis carnalibus desideriis abrenuntiantes per hoc quod se omnipotenti deo in corde mactaverunt. etiam in pacis tempore martyres facti sunt. Qui etiam si persecutionis tempus extitisset martyres esse potuerunt. Cleros et clericos hinc appellari quia Mathias apostolis sorte electus est. quem primum per apostolos legimus ordinatum.

Cleros enim grece latine sors vel hereditas dicitur.

Propterea ergo dicti clerici quia de sorte sunt domini. vel quia dominum partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia Christi deserviunt. Quorum gradus et nomina hec sunt. Ostiarius. Psalmista. Lector. Exorcista. Acolitus. Subdiaconus. Diaconus. Presbyter et episcopus. Ordo episcoporum quadripartitus est.

Id est in patriarchis. archiepiscopis. metropolitanis et episcopis. Patriarcha greca lingua summus patrum interpretatur. quia primum id est apostolicum teneat locum. et ideo quia summo honore fungitur tali nomine censetur.

In nomine orbem terrarum tres sedes sunt patriarcharum.

Id est roma. antiocia et alexandria.

Ipsi et pape dicuntur. Archiepiscopi greco vocabulo quod sunt summi episcoporum. Tenent enim vicem apostolicam et presidet tam metropolitanis quam episcopis ceteris.

Singulis enim provinciis preeminentes quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. sine quibus nihil reliquos episcopos agere liceat. Sollicitudo enim totius patrie ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines. uno eodem vocabulo episcopi nominantur. sed inde privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt. Patriarcha pater principum. archos enim principes dicitur.

Archiepiscopus episcoporum metropolitanorum nominatur.

Episcopi autem vocabulum inde ductum quod ille qui super efficitur superintendat curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim grece quod latine intendere dicitur. Nam speculator est prepositus in ecclesia dictus eo quod speculatur atque perspiciat populorum infra se positorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est. quasi via sequentium.

Ipse et summus sacerdos. ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas.

Ipse enim omnes ordines ecclesiasticos disponit.

UVA.BHSC

ipse quod unusquisque facere debeat ostendat.
Antea autem idem pontifices et reges erant.
Nam maiorum haec erat consuetudo ut rex esset
etiam sacerdos vel pontifex. Unde et romani
imperatores pontifices dicebantur. Cuius si
gnificatio multiplex est. Nam modum sa
cerdotem modo prophetam significat modo
poetam. Antistes sacerdos dictus ab eo quod
ante altare stat. Primus est enim in ordine
ecclesiae et supra se nullum habet. Sacerdos
autem nomen habet compositum ex graeco
et latino quasi sacrum dans. Sicut enim rex
a regendo ita sacerdos a sacrificando
vocatum est. Consecrat enim et sanctificat.
Presbyter graece latine senior interpretatur.
Non enim modo pro aetate vel decrepitam
senectutem sed propter honorem et dignita
tem quem acceperunt presbyteri nominantur.
Presbyteri autem sacerdotes vocantur quia
sacrum dant sicut episcopi quia licet sint
sacerdotes tamen pontificatus apicem
non habent quia nec crismate frontem
signant nec paraclitum spiritum dant quod
solis deberi episcopis lectio actuum apostolorum de
monstrat. Unde et apud veteres idem episcopi
et presbyteri fuerunt quia illud nomen digni
tatis est. Levitae ex nomine auctoris vocati.
De levi enim tribu levitae exorti sunt quibus
in templo dei mystica sacramenta ministeria
explebantur. Hi graece diaconi latine ministri
dicuntur quia sicut in sacerdote conse
cratio ita in diacono ministerii dispensatio
habetur. Hypodiaconi graeci quos nos latine

(margin: ... dant spiritum sanctum per impo sitionem manus quia non presbyteri hoc omnino ...)

subdiaconos dicimus qui ideo sic appellantur
quia sub levitarum praeceptis et officiis laborant.
Oblationes enim in templo dei a fidelibus ipsi susci
piunt et levitis superponendas altaribus
deferunt. Lectores a legendo psalmistae
a psalmis canendis vocati. Illi enim praedi
cant populis quid sequantur isti canunt ut exci
tent ad conpositionem animos au
dientium. Licet et quidam lec
tores ita miseranter pronuntiant ut quos
dam ad luctum lamentationemque con
pellant. Idem etiam et pronuntiatores vo
cantur quod porro adnuntiant.
Tantum enim et tam clara erit eorum vox ut
quamvis longe positorum aures adimpleant.
Cantor autem vocatus quia voce modulatur
in cantu. Huius duo genera dicuntur in
arte musica. Sicut et docti homines latine
dicere potuerunt praecentor et succen
tor scilicet qui vocem praemittit in cantu.
Succentor autem qui subsequenter canendo
respondet. Concentor autem dicitur quia
consonat. Qui autem non consonat nec
concinit nec concentor erit. Acolyti
graece latine ceroferarii dicuntur a de
portandis cereis quando legendum est evan
gelium aut sacrificium offerendum. Tunc
enim accenduntur luminaria ab eis et
deportantur. Non ad effugandas tene
bras dum sol eodem tempore rutilat sed
ad signum laetitiae demonstrandum ut sub
typo luminis corporalis illa lux
ostendatur de qua in evangelio legitur

UVA.BHSC

et illa lux uera que inluminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum. Exorcistae
ex greco in latino adiurantes siue
increpantes uocantur. Inuocant enim
super catecuminos. uel super eos qui habent spiritum
inmundum nomen domini ihesu adiurantes per eum
ut egrediatur ab eis. Ostiarii idem et ia
nitores qui in ueteri testamento ad
electi sunt ad custodiam
templi ut non ingrederetur eum. ostium
inmundus in omni re. Dicti autem ostiarii
quod preessent hostiis templi. Ipsi enim tenentes
clauem omnia intus et extra custodiunt atque
inter bonos et malos habentes iudicium fide
les colligunt respuunt infideles. Monachos
greca lingua uocatur eo quod sit singularis.
Monachus enim grece singularitas dicitur.
Ergo si solitarius interpretatur uocabulum
monachi quid facit in turba qui solus est.
Plura sunt autem genera monachorum. Cenobite
quos nos in commune uiuentes possumus
appellare. Cenobium enim plurimorum est.
Anacorite sunt qui post cenobialem uitam
deserta petunt et soli habitant per deserta
et ab hec quod longe ab hominibus recesserunt
tali nomine nuncupantur. Et anacorite
heliam et iohannem. Cenobite uero apostolos
imitantur. Heremite hi sunt qui
et anacorite. Anacoresis enim grece
latine heremus dicitur. Id est ab hominum
conspectu remota. Heremum autem deserta
uel solitudinis appellatio est. Nam heremum
dicit quasi remotum. Abba autem sirum

nomen est significat in latinum patrem quod
paulus romanis scribens exposuit dicens
In quo clamamus abba pater. sirum dixit et
latinum. De ceteris fidelibus. Christianus quan
tum interpretatio ostendit de unctione
deducitur siue de nomine auctoris et creatoris.
A christo enim christiani sunt cognominati sicut
a iuda iudei. De magistri quippe nomine co
gnomen sectatoribus datum est. Christiani
autem a iudeis aliquando quia sic hoc proprio
nomine nazorei uocabantur pro eo quod dominus
noster atque saluator a uico quodam galileae
nazoreus sit appellatus. Non se autem
glorietur esse christianum qui nomen habet et
facta non habet. Ubi autem nomen secutum
fuerit et opere conpleuerit certissime
christianus est. Ille est enim uerus christianus
Qui fide et facto esse ostendit christianum.
Ambulans sicut et ille ambulabit. Catholicus
nomen est quia catholicus uniuersalis siue
generalis interpretatur. Nam grece uni
uersum catholon uocant. Orthodoxus
est recte credens et ut credidit uiuens.
Orthos enim grece latine recte dicitur. dox
gloria hoc est recte gloria. Quo nomine non
potest uocari qui aliter uiuit quam credit.
Neofitus grece latine nouellus et rudis fi
delis ut nuper renatus interpretari potest.
Caticumini dicti pro eo quod adhuc doc
trinam fidei audit necdum tamen bab
tismum recepit. Nam caticumini grece
latine auditor interpretatur. Conpe
tens uocatur quia post instructionem

UVA.BHSC

fidei competant catecumini xpi. Inde et appe
tendo competentes uocantur. Quum aliquis
iam pugnant ad fidem uenire quum inseruiunt
ut credant catecumini dicitur.
Quum recte crediderit et baptizari se
postulat competens nominatur. Quum
uero in aqua baptismi tinguitur fidelis
dicitur. Quum uero crismatur a crisma-
te id est unctione dicitur xpianus. Sed quod
post baptismum per episcopos datur sps scs.
quam manus inpositionem in actibus apostolorum
apostolos fecisse meminimus. Sic enim dicit.
Quum audissent autem qui erant Hierosoly-
mis apostoli quod samaria accepit
uerbum di miserunt ad illos petrum et iohannem.
Qui cum uenissent orauerunt pro illis ut
acciperent spm scm. Nondum enim
in nullo eorum descenderat (erat) sps scs. Tantum
uero baptizati erant in nomine dni ihu xpi.
Tunc inponebant illis manus et accipiebant
spm scm. Spm autem scm accipere possumus
dare non possumus. sed ut detur dnm in
uocamus. Hoc autem a quo melius fiat
quem admodum scs papa innocentius
romane sedis pontifex electus scripserit
audite. Dicit enim. Non ab alio sed
ab episcopo spm scm per manus inpositionem
fieri licere. Nam presbiteri licet sint sacer-
dotes. pontificatus tamen apicem non
habent. Hoc autem solis pontificibus deberi
ut consignent in frontem ut spm scm tradant
quod non solum consuetudo ecclesiastica
demonstrat. uerum et superior illa lectio
actuum apostolorum. quae asserit petrum et
iohannem esse directos. qui iam bab
tizatis traderent spm scm. Nam pres
biteris seu extra episcopum siue presente episco-
po quum baptizant crismate baptizatos
unguere licet. sed de eo crismate quod ab
episcopo fuerit consecratum. Non tamen
frontem ex eodem oleo signare. quod solis
debetur episcopis quum tradunt spm scm.

DE RELIGIONE ET FIDE.

Dogmata a putando philosofi nomi-
nauerunt. id est hoc putaui esse bonum.
hoc putaui esse uerum. Religio
appellata quod per eam uni dno reli-
gamus animas nostras. ad cultum
diuinum uinculo seruiendum. quod
uerbum est compositum est a religendo
id est eligendo ut latinum uideatur
aut religio sicut elegio. Tria sunt
autem que in religionis cultum ad colen-
dum dm hominibus pertinatur.
Id est fides. spes. et caritas. In fide
quid credendum. In spe quod sperandum.
In caritate quid sit amandum.
Fides est qua ueraciter credimus id est
quod nequaquam uidere ualemus.
Nam credere iam non possumus quod uidemus.
Proprie autem nomen fidei id dictum si om-
nino fiat quod dictum est aut promissum.
et inde fides uocatur ab eo quod fiat illud
quod inter utrosque placitum est. quasi in-
ter dm et hominem. hinc et foedus dicitur.
Spes uocata quod sit pes progrediendi ...

UVA.BHSC

quasi inuitata per. unde et conuersio.
dispersio. quia de ea tibi per. nulluq;
inuia ambulandi facultas. Quamdum
quisq; peccatum ... futurum ...
non sperat. Karitas grece latine di
lectio interpretatur, eo quod duos in se
liget. Nam dilectio a duobus incipit.
quod est amor dei et proximi. De qua
apostolus ait. Plenitudo autem legis est
dilectio. maior autem hec dilectio omnibus
uirtutibus in ecclesia quia qui diligit et
credidit et sperat. Qui autem non
diligit quamuis multa bona faciat
sine causa laborat. Omnis autem dilec
tio carnalis non dilectio. sed amor
magis dici solet. Dilectionis autem
nomen tantummodo in melioribus rebus
in sanctis religiosis uiris accipi solet.
Hec est ecclesia catholica doctrina. hec fides
in ea ecclesia tenenda.

EXPLICIT PROLOGUS ECCLESIE.

INCIPIT PROLOGUS SINAGOGE.

Sinagoga grece latine
congregatio dicitur. quia
ecclesia conuocatio non dicitur
eo quod omnes aduocet. Sinagoga
uero congregatio non appellatur eo quod
multitudine non populi in eam congre
gatur. Quod proprium nomen iudeorum
populi tenuit. Ipsorum autem proprie sina
goga dici solet. quamuis et ecclesia dicta
sit. quam et in christianos sinagoga nomi
natur. Nostram uero apostoli numquam
sinagoga dixerunt. sed semper ecclesia
Siue discernendi causam. siue quod inter
nos congregationem habemus.
Unde et sinagoga et conuocatio ab [illegible]
ecclesia nomen accepit. Distat aliquid
inter aduocationem et congregatio
nem. Quia aduocare dicitur in unum
congregare uero sicut et pecora congregari
solent. quorum et greges proprie dicimus
quantum distat inter pecus et hominem
tantum distat inter sinagoga et ecclesia
In ecclesia nuncupantur homines. In sina
goga animalia. homines sunt rationa
ne capaces. Preterita recordantur
Presentia ordinant et futura [illegible]
Et quicquid de die in diem futurum [illegible]
Incensunt et permanent ... ad determinum
unquam ut in opere ubi in cogitatio
nem eiciunt. Non dant somnum
oculis sed die et nocte in lege domini me
ditantur. Ecclesia filius masculus quem
mulier dicitur peperisse qui nonquam
libet scortum uxorem luminationem [illegible]
ueritatem conatum publicitatem in [illegible]
Operum autem lucet quem ... in intellectum
et sequatur ad cuius imaginem factus
est ueritatem. Ecclesia cum accepit po
testatem piscium maris et uolatilium
celi. pecodumq; serpentum quoq; et repti
lium quia spiritus quisq; est [illegible]

UVA.BHSC

fecerit. secundum apostatam iudicia omnia. Ipse
uirum unanimem iudicabit. quia non in
hoc mundo. sed in futuro heredem esse credidit.
magus uero omnem spem suam in hoc mundo
habet. Sollicitus est pro corpore non pro
anima. Concertat cum hoc. Id est dia
bolum. et antichristum. et hereticum. Ipso
[illegible] supplicationem.
[illegible] draconem puteos(?) locustas equos.
et mulierem super uestium sedentem.
Diabolus ebraice dicitur. latine uero
deorsum fluens quia quietus in celi culmine
stare contempsit. Sed superbie pondere
deorsum corruens cecidit. Grece uero dia
bolus. criminator uocatur. quod ut
crimina in qua ipse homines inlicit a deo
referat. ut quia electorum innocentiam
criminibus falsis accusat. Unde in hoc libro
uoce angelica dicitur. Proiectus est accu
sator fratrum nostrorum qui accusabat illos in
conspectu dei nostri die ac nocte. Grece
satanas dicitur. In latino uero sonat
adversarius siue transgressor. Ipse est
enim aduersarius quia est inimicus ueritatis.
et semper sanctorum uirtutibus contraire nititur.
Ipse transgressor quia preuaricator effectus
in ueritate qua conditus est non stetit.
Idem et temtator. quia temtandam
iustorum innocentiam postulat sicut in
Iob scribitur. Antichristus appellatur
quia contra christum uenturus est. Non quo
modo quidam simpliciores intellegunt an
tichristum ideo dictum quod ante christum uenturus
sit. Id est post eum ueniet christus. non sic.
Sed antichristus grece dicitur. quod est latine
contrarius christo. anti enim grece

in latinum contra significat. christum se
enim mentietur dum uenerit et contra
eum dimicabit et aduersabitur sacra
mentis christi ut ueritatis euangelium solbat.
et non recipiat nisi solum legem mosaicam
et populum ad circumcisionem prouocet.
Nam et templum hierosolimis reparare et omnes
legis ueteris cerimonias restaurare temptabit.
Sed et ille antichristus est. qui negat esse deum christum.
contrarius enim christi est. Sed et ille anti
christus est qui credit esse deum christum operibus autem
discrepat a christo. Christum credit fide et negat
opere. Nam sicut duobus modis diximus
a deo credere. ita duobus modis apostatas
homines esse. Sicut enim qui fide recedit
apostata est. ita qui opere recedit ab omni
potente deo apostata nominatur. et quum
si in effectu fidem teneant tenere uidentur.
Omnes enim qui exeunt de ecclesia et ab unitate
fidei et operis preciduntur sine dubitatione
antichristi esse creduntur.

DE HERESIBUS XPIANORUM.

Hereses christianorum multe sunt et in
numerabiles. Quarum una separatim
est. ecclesia toto mundo diffusa una esse
creditur. heresum uero dogmata particulatim
in aliquibus regionum partibus que [illegible]
Quidam eorum heretici de sectu recesserunt
et ex nomine suorum auctorum qui eas condide
runt nominantur. Quidam uero ex causis
propriis quas suo arbitrio elegerunt [illegible]
Nam heresis grece. latine electio uocatur.
Quod scilicet unusquisque id sibi eligit quod
melius ille esse uidetur. Quas non solum
in uitiis et laqueis sed in superstitionibus
repperiuntur et laqueis. Quippe

UVA.BHSC

doctrinas quae cogitaverint arbitrio suo quod
voluerint faciunt. Quia quisquis abutuntur
a ceteris in consilio segregantur, et ad instituendum
sive ad suscipiendum quaelibet cultus. Ipse sibi
elegerit haereticus est. Et non solum de
fide dicitur, sed etiam diversis et maxime
quae pro concilio esse contemnuntur obstinationis
heretici nuncupantur. Quos omnes sancti sacerdotes
in diem iudicii sequi tendere. Nobis vero
nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed nec
eligere quod aliquis de suo arbitrio induxerit.
Apostolos Dei habemus auctores qui nec ipsi
quicquam ex suo arbitrio quod inducerent
elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam
fideliter nobis adsignaverunt. Itaque etiam
si angelus de caelis aliter adnuntiaverit,
anathema vocabitur. Haec sunt heretici
adversus catholicam fidem ex ore et ab
apostolis et sanctis patribus ut conciliis praedamnatae.
Quae cum inter se multas errorum diversitate invicem sibi
dissentiant, communi tamen nomine ad
versus ecclesiam Dei conspirant. Sed et quicumque
aliter scripturam sanctam intellegit quam
sensus spiritus sancti flagitat a quo conscripta
est, licet de ecclesia non recesserit, tamen
haereticus appellari potest. DE SECTA.

Secta a sequendo et tenendo nominatur.
Nam sectas dicimus habitus animorum
ac instituta circa disciplinam vel propositum
quem tenendo sequuntur. Longe aliud in
religionis cultu ceteris quam ceteri.

DE SCISMA.

Scisma ab scissura animorum vocatum.
Eodem enim cultum, eodem ritu credit
ut ceteri religiosi; solo congregationis
delectantur discidio ut cum ceteris
communi nullo fulciantur consilio.
Fit autem scisma cum dicunt homines nos
iusti sumus, nos sanctificamus inmundos et cetera
his similia. DE SUPERSTITIONE.

Superstitio dicta eo quod sit superflua
aut super instituta religionis observatio.

DE YPPOCRITA.

Yppocrita graeco sermone, latine vero
simulator dicitur. Qui etiam sacri legis
studiatione fulciuntur, doctrinae verbum
proferunt omne quod sentiunt testimonii
accinguntur, non tamen per hoc vitam audien-
tium, sed proprias laudes quaerunt. Qui
nec proferre aliud noverunt nisi quod audierint
corda concrepitandas laudes sequuntur
non ad lucrum accedunt. Mens quippe
concupiscentiae quae exterioribus occupatur igne
divini amoris non calet, et idcirco ad superni
desiderium inflammare audientes vos non
possunt verba quae frigido corde proferuntur.
Nec enim res quae in se ipse non ardet aliud
accendit. Unde fit plerumque ut yppocritae
dicta et audientes non erudiunt et eos de
ipsos qui se proferunt elatos laudibus deteriores
reddunt. Attestante etenim Paulo.
Scientia inflat, caritas aedificat. Quem
enim ego caritas aedificando non erigit,
scientia inflando pervertit. Plerumque yppocritae
mitiusse abstinentiae affligunt, omne robur
corporis adterunt, et quasi carnis vitam
funditus in cum nimietatis extinguunt.
Sicque per abstinentiam morti appropriant
et paene cotidie morientes vivunt.
Nam ora pallescunt, corpus debilitatur, et
quatitur pectus interruptis suspiriis
urguentur sed in alta haec ab ore proximorum

UVA.BHSC

scemo admirationis queritur. Nam qui
corpus mactat sed honoribus anelat crucem
cum in latilat. sed mundum p concupiscentiam
uibia. Qui et sepe prestat lim imaginem locum
regiminis indigni adsequitur. quam nisi aliquid
in se uirtutis ostenderet nullo percipere honore
liborem mereretur. Sed e contra quod delectat
exhibitur ob amet paruulitatis quod sequitur
manet. Sciatur nunc fiducia in honore
hominum ponatur. sed quum in aethere in iudice
secreta cordis examinat. esse uitae eorum
non frontatur. DE AROGANTIE:

Arrogans dicitur. id audax et superuus. eo
quod multum rogetur et ille suscadio
sui sit. DE ELATIO:

Elatus dicitur pro eo quod se ipsum sup
meritum suum eleuet. dum magnus
sibi uideatur de his que alit. DE DISPERATIS:

Desperatus uulgo uocatur malus ac p
ditus nec ullum ullius prospere spe
...dicitur cum per similitudinem egroti qui
...ercati et sine spe deponuntur. Consuetudo
enim erat apud ueteres ut desperati an
...inus suis conlocarentur ut extremum
spiritum redderent aut ut uel posset a terra se
...neris forte curari. qui aliquando simili
laborauerunt morbo. DE INIMICO:

Inimicus est. id non amicus. quia amicus
animi custos dicitur. Inimicus autem
aduersarius. Due autem res inimicos faciunt
...ris et error quod contra fraudis mali
quod passi sunt. DE SUPERBO:

Superbus dicitur quia super uult uideri quam est.
...qui enim uult sup cedi quod est superbus est.

DE PUBLICANO:

Publicani sunt qui fiscalia publica exigunt
qui per publica negotia seculi lucra sectantur.

Peccator a pelice. id DE PECCATORE:
meretrice uocatur quasi pelicator. quod
nomen apud antiquos tantum solum flagitiosi
significabat. postea in usu transiit hoc uocabulum
in appellatione hominum iniquorum.

Fornicatrix est. DE FORNICATIONE.
cuius corpus publicum et uulgare est. Hec
sub arcus murorum prosternebantur. que loca
fornices dicuntur. unde fornicari nuncupantur.

Preuaricator DE PREUARICATIONE:
male fidei aduocatus qui uel in accusando
loquitur. ut in defendendo profutura prodeat
inualidat dubie potius mercedis gratia
et fulsum perspicua producit. DE STULTO:

Stultus ipse est stultus. qui per stuporem non
mouetur in iniuriam. se ut aliqua
preferet. nec ulatus est nec ulla ignominia
commouetur dolore. DE DRACONE:

Draco serpens est. id diabolus. sed quia
autem nominis usurpando nomen accepit.
Ipse est autem et leuiathan. id serpens de aquis
quia in his seculi mare uolubili uersatur astutia
leuiathan autem in eius persuasionibus adiunctio
eorum. quorum scilicet nisi hominum qui
in paradiso semel culpam preuaricationis
intulit. et hanc usque adextremum mortem
contendit preuaricando uicit ut exten...
Dictum est ad serpentem maledictus eris
inter omnia animantia. supplicatus autem
uentrem gradieris. hic figuraliter significat
cogitatio ac superbia mentis. per uentrem
uero carnis luxuria designatur. Suppaceas
autem uentrem diabolus. id serpens ambulat
quia hiis duabus causis rapit quos decipere
querit. id aut cogitatione superbie

UVA.BHSC

uita luxurie uitam ut in glubia uacaret.
Et terrenum mundum calcabis. id adque peruenebunt
quos terrena cupiditate deceperit. Quando
enim dictum est diabolo terram mandu
cabis. tunc dictum est homini peccatori.
terra es. et in terram ibis. et dictum est
in cibum diaboli. homo peccator. Inimi
citias ponam inter te et mulierem. et semen
tuum et semen eius. Semen diaboli. mala
suggestio. ut cogitatio peccati est.
Quando unusquisque male cogitat. tunc
diabolus in corde seminat. Semen autem
mulieris. fructus est boni operis. Quando
unusquisque bonum cogitat. tunc bonum
semen seminat. et quod cogitauerit
opere non conpleberit. putus suggestionis
terrisca. Caput serpentis mulier. id
est corpus conterit. sicut mens in ipso initio
male suggestione excludit. Ille insidiatur
calcaneum eius. qui a mentem quam primum
suggestione non decipit. decipere usque
in finem querit. Sic Christum quum eum
hominem uidisset. decipere querebat
et non potuit. Tunc ergo caput eius
conterit. quia non perpetrat quod
dictat. sed per humilitatem hominis eum
conterit. quod est mors. Sicut et dd
dixerat ad personam pueris ad filium.
Super aspidem et basiliscum ambulabis et
conculcabis leonem et draconem.
Aspidem dixit mortem. et basiliscum
peccatum. Draconem diabolum.
occulte insidiantem. Leonem uero anti
Christum. Hos nunc serui dei sequaces Christi
per fidem et opera sub pedibus calcant.
sicut uenit ait in euangelio uita.

Ecce dedi uobis potestatem calcandi
super serpentes et scorpiones. et super
omnem potestatem inimici. et nichil uobis
nocebunt. DE EQVOS:

Equi qui domini sunt quos succursus uidit
missos in mundum id est in predicationem mundi.
hii equi qui sunt. albus id est candor
baptismi. Niger id est squalor penitentie.
Tertius rufus quod est passio martyrum.
hii tres unum sunt cum sessore suo Christo.

Et hii equi DE EQVOS MALOS:
qui sunt. primus rufus id est sanguino
lentus et omicida. Ille rufus quem supra
diximus suo sanguine est rufus. iste uero
alieno. hi sunt omicide. Secundus equus
niger quum uis et ille niger sit quem superius
diximus. sed ille niger est per penitentiam.
iste uero per peccatum. Iste est fumus sputis infectus.
id est predicatio euangelica. quam nemo
adnuntiat. Tertius equus pallidus est
et in fine sequebatur eum. ipse est mors
sputis infectus. per peccatum enim mors.
hii tres equi unum sunt cum sessore suo diabolo.

Bestia proprie DE BESTIA:
a bestiando nomen accepit id est
deuorando. Daniel enim quattuor
in uisione bestias uidit. Prima quasi
leena. et habebat alas aquile. Secunda
bestia similis urso. Tertia bestia quasi
pardus. Quarta bestia terribilis atque
mirabilis et fortis nimis. Dentes ferreos
habebat magnos. comedens atque com
minuens. et reliqua pedibus suis conculcans.
Dissimilis erat ceteris bestiis. et habebat
cornua decem. Hec quattuor bestie
iste mundus est. que in quattuor partibus

UVA.BHSC

diuiditur · oriente · occidente · septen
trionem · et meridiem · Quam uis et quattuor
regna intellegantur · id est leena · babilon
iorum · In urso · medorum · et persarum ·
In pardo · regnum macedonum · Et illa
dissimilis forte · regnum romanorum ·
Dentes ferreos comedens et conculcans ·

eo quod per ipsum regnum futura erat
omnis mutatio · tamen haec quattuor
unus mundus erat ·

TERTIA BESTIA : QUASI : PARDUS :



UVA.BHSC

sicut et Nabuchodonosor in suo saeculum
visionis quasi unum vidit in figura hominis
sed in quattuor partibus discoloribus membris
conspecta. Ipsa caput aureum quod est
primum pars mundi pecatus et bracchiu de
argentum quod est secundum. Tertium aere
quod est tertia pars. Id ventrem et femora.
Quartum vero pedes ferreos et ex parte fictiles.
In hos pedes a petra cognosce finem saeculi
scisse. quia pedes extrema corporis sunt.
Unde et lapis demonstratur venientis id filius dei
de virgine.



Hanc statuam in pedibus percutere dicitur. Id est
in finem mundi venire. et mundi peccatorem cum
angelis sociare. et ipse rex in universum mundum
sue potestatis esse. hic est lapis mundum implere.
Ergo haec quattuor bestiae una bestia est. quae
in hoc libro manifestata esse dinoscitur.

habens capita septem et cornua decem.
Decem cornua et capita septem unum est.
Capita dicta reges omnes. cornua omnia regna
dicta. et in textu decem cornua unum cornu
parvulum nominavit. Ergo dicunt quod omnes
scriptores ecclesiastici tradiderunt. In fine
mundi quando regnum destruendum est
romanorum decem reges futuros esse qui regnum
romanorum inter se dividant. et undecimum
resurrecturum esse parvulum regem. qui tres
reges decem regum superaturus sit. Id est egypti
regem et africe et ethiopie. sicut in consequentibus
plus manifestatius dicemus. Quibus interfectis
Di etiam septem alii reges ipsi undecimo
regi qui erit cornu parvulus collum sub
mittent. Ipse est homo peccati filius
perditionis. unde apostolus ait ut in templo dei
sedeat. facit enim se quasi deum. Per speciem
quidem corporis sui adhuc non venit sed tamen
in hac bestia et in eius membris quos diximus regnum
tenet. De quo per prophetam dicitur. posuisti
tenebras et facta est nox. In ipsa pertransibunt
omnes bestiae silvae. catuli leonum rugientes
ut rapiant et querant a deo escam sibi.
Hic per Iob dicitur. Ingreditur bestia latibulum
suum et in antro suo moratur. Quis alius
nomine bestiae nisi antiquus hostis accipitur.
qui deceptionem primi hominis saevus in petra
et in aegritudine mentis illius male suadendo
laniabit. Contra quem per prophetae vocibus
deserti electorum coetu in unaico statu
restituturum deo quem in paradiso perdiderat
repromittitur. et mala bestia non transibit
per eam. sed hec bestia quam post reddentem cornis
adventum per sancta predicatorum voces quasi
post cornutum nubium mundi illum damnavit

UVA.BHSC

hominem qui antichristus uocatur in uisceribus
quod aliud quam latibulum suum ingreditur,
ut alienum proprio demonstretur. Quisquippe
illum diaboli uas et latibulum bestiae
est. ut alius dicitur hominibus uitam huius uite
cupientibus. In illo et periculi latet
et per multa quae occidit. Qui tamen hominum
reproborum corda et quam nunc prius quam
aperte appareat possidet, eaque per
occulta multa quasi proprium speluncam
tenet. Atque ad omne quod nocere bonis appetat,
in eorum se obscuris mentibus abscondit.
An in iudeorum persequentium corda spelunca
huius bestiae non fuerunt in quorum multis
consiliis in corde latuit, et subito uocibus
erupit clamantium: crucifige crucifige.
Et quia ad lucem rationem mentis penetrare
generando non potuit in tedium eorum
in obscuriorem cuius unde lubit. Hoc nimirum
bestia multa elegit corda tenuit sed
nunc ab illius morientis uita preda excussit.
Unde in euangelio dicitur: Nunc princeps
huius mundi eicietur foras. Qui misso recto
iudicio dum ... confessionis humilium in
luminis domini suscepit superuorum deserenda
claustra. Sicut dixit: Posuisti tenebras
et facta est nox. Tenebras quippe dominus
ponit cum peccatis iudicium rependens;
lumen suae intellegentiae subtrahit. Et nox
efficitur quia prauorum mens ignorantiae
erroribus caecatur. In qua omnes bestiae silbae
pertransibunt, dum maligni spiritus sub umbra
fraudis latent in reproborum corda
prauitatis suis complendo percurrunt.
In qua et catuli leonum rugientes quia
nequissimi sed tamen eminentiorum

potestatum ministri spiritus in potestatibus temptationibus
insurgunt qui tamen a deo escam expetunt
quia sine dubio capere animas non possunt
nisi iusto iudicio preualere diuinitus per
mittantur. Unde et adhuc subiungitur:
Ortus est sol et congregati sunt et in
cubilibus suis se collocabunt quia ueritatis
lumine procul apparente a fidelium
mentibus excussi quasi ad cubilia sua reuersi
sunt dum sola infidelium corda retinuerunt.
Quod igitur illic leonum cubile hoc in hoc
loco spelunca bestiae dicitur. Notandum
uero magnopere est tamen quod hic bestia
non solum antrum suum ingredi sed in eo
etiam morari dicitur. Aliquando namque
etiam bonorum mentes ingreditur.
In eis iam suggerit temptationibus fatigat.
recta ad dominis spiritus ad delectationem cuius
deflectere conatur. Delectationem quoque
ad consensum perducere minatur sed tamen
resistente superne adiutorio preualere
prohibetur. In ea ergo in mentibus bonorum
potest sed in eis morari non potest. quia
cor iusti huius bestiae spelunca non est.

Eu eu quem o diabolus sed homine

Quos enim quasi propria spelunca possidet
eorum mentes sine dubio inmorans tenet
quia et prius in eis cogitationes usque ad
iniqua desideria usque ad nequissima
opera perducit. Neque enim suadentia
reprobi suggestiones eius recta iudicii
manu repellere cuius uoluptatibus
appetitu subditi delectatione seruiunt.
Cumque in eorum cordibus prauum quod oritur
mox per gaudium delectationis inuenitur,
Et quam sibi minime resistitur perpetrari
per consensu laboratur. statimque consensus

Quod de lumine intellegentiae

UVA.BHSC

tos dicitur. Opus vero tantum consue
tudinem exhibuit. Recte enim in utero
suo mortuum hoc bestia dicitur: quemadmodum
cogitationis tempore bestie quaeque
est vitium tantum aculeo pruritus operis per
fore nisi edendi inselubris figuratur.
Quid per ignem quem dum tangit
incendia nisi hic intimatur.

DE PUTEO

Puteus profundo terre est ubi sol radios
suos numquam mittit. Quia per profunditatem
lumen Dei accipere non potest. Ipse
puteus ipse antrum ipse spelunca ipse
caverna est. Hoc totum unum est
quod sunt homines in tenebris sicut
scriptum ambulantes ubi sol iustitie Christus
lumen non effundit. Quia in profundo

ita in caverna luceret sed ad nates lumine eis
absconditur. De ipso puteo hoc supra quod
posuimus quod ante diximus. De hoc puteo quarum
locuste id est demones. Et hoc puteus et locuste
unum sunt: quia homines multi absconsore
diabolum habent. Sicut a propheta iam
dicitur. Residuum eruce comedit locusta
et residuum locuste comedit bruchus
et residuum bruci comedit rubigo.
Quid per erucam que toto corpore terram repit
nisi luxuria designatur que cor quem
tenet ita polluet ut in superioris munditie
amore surgere non possit. Quid per locustam
que saltibus volat nisi inanis gloria que primis
quisque vanis presumptionibus exaltat.
Quid per bruchum cuius pene totum
corpus in ventre colligitur.

FINIT



DE MULIERE SUPER BESTIA:

Mulier super bestiam est corrupta plebs et operta nequitie et voluptatis et fornicationis
et inmunditie et vanitate et ex eius delectatione mundi vana gloria superbia

UVA.BHSC

et in clibanu uenient; qui de prosperitate
mundi letatur; qui caritatem non habet;
Qui pauperibus bene non facit; qui seruus
dei in luxuriis et contumeliis afficit; qui
proprium non tribuit sed adhuc alienum
rapit; qui ad ecclesiam non concurrit;
qui falsum testimonium dicit; qui
malum pro malo reddit; qui de morte
inimici gratulatur; qui auguria et in
cantationes et aruspices quod sicut in
[illegible] salomonis rustici dicunt uel alia
huius modi caracteria quod solent scribere
et de collo suspendere, et herbas cum in
cantationes colligere, et mulierculas
ad telas [illegible] ut pedes obseruare et uersus
profanos lune et dies obseruant; siue
animalia domandum siue pueros ad docen
plantam siue arbores pro ceteris faciendum;
siue animalia ad occidendum siue de
loco in loco mutandum siue iter ad proficis
cendum; hec omnia et his similia a dia
bolo sunt inuenta, et apud gentiles hominum
infantium que hec que supra diximus obseruauerint
non sunt apostoli sed demonum quoque
operarii [illegible] Hec mulier comparata
que sedet [illegible] quam supra nominauimus.
Hec est mulier que sedet super aquas, id est
super populos [illegible] est mulier in quo
quam et dixit qui sedet super [illegible]
populi sunt et nationes; hec doctrina de
damnabile officina paganorum [illegible]
hec non recepit puerum [illegible]
ecclesiam solam [illegible] qui religioni subiecti
[illegible] libros inspicere testimonia [illegible]
qui contra agitant [illegible]
[illegible] dicere [illegible]

heretici et pugnantes in ueritate quicquid quod
in librorum numerum id est ueteri et nouo
testamentum non reperitur; cuncta predi
catio id est doctrina et fortis prolata est sa
mitatis ecclesia; et cui purum et cui maculatum
de hoc idolatrie poculo dat. Ad istius est
quod christiani dicuntur sed ubi sunt opera?
quam in sinagoga pseudoprophetas ecclesia
dicuntur. Quia sicut ecclesia Christum habet
et ista diabolum habent caput; et sicut
ecclesia cum Christo unum efficitur membris,
ita et ista cum diabulo unum habent
corpus coniunctum; et cum ecclesia catholica
[illegible] unum baptismum, unum dominum
[illegible] colere Christum; hos alteram [illegible]
ecclesia [illegible] hoc mundo effugere non [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] conburentur [illegible]

Qualiter ecclesia collecta est ecclesia et sinagoga.

Ecclesia et sinagoga unum nomen est,
quia [illegible]
[illegible]
sunt hec uocabula [illegible]
congregationem [illegible]
[illegible] congregatio [illegible]
Et quod ecclesia [illegible]
malorum [illegible]
nominibus appellatur [illegible]
fornicaria [illegible]
dicitur [illegible] aliquando dicitur [illegible]
Aliquando dicitur sponsa [illegible]
[illegible] aliquando dicitur [illegible]
dicitur [illegible]

UVA.BHSC

aliquando dicitur concubina. aliquando dicitur
adulescentula. aliquando proxima. aliquando
amica. Quid autem inter praecatur fornicaria.
nisi quod hominibus sublectaverit. omnibus adse
venientibus fidem nulli denegat. omnibus adse
venientibus prostituta lucet. Unde et raab
meretrix ecclesiae figura fuit. quae coccum de sparto
in fenestra suspendit. ut quando israhel filius nube
venisset. viso signo cocci raab et qui in domo
eius erant cum ea salvarentur. Talis est xps
filius dei mirabiliter et passionis per coccum et
spartum quando venerit mundum scilicet
igne cremare. ecclesia et qui in ea fronte con
sunt salvet. Virgo est quae virginis
corpore et spiritu collecta sicut scriptum est
adducentur regi virgines. Soror est sicut
in cantico canticorum de ecclesia quae ex gentibus futura
erat. quod ostia tamen nec dum haberet.
Soror inquid nostra adulescentula et ubera
non sunt ei. Sponsa dicitur eo quod xps
eam sibi in anulo fidei subarrabit sicut
ipse in evangelio ait. Surrexerunt omnes virgines
et ornaverunt lampades suas. exierunt obviam
sponso et sponsae. Uxor dicitur quia de ea
sibi xps per praedicatores filios generavit sicut
scriptum est. Uxor tua sicut vitis habun
dans in lateribus domus tuae. filii tui sicut novella
olivarum in circuitu mensae tuae. Mater dicitur
quia per fecunda est sicut scriptum est una
est perfecta. quae electa est genetrice sua et
quod cotidie filios lactat. Et duo ubera
et ... sicut dictum. Duo ubera tua
sicut duo hinuli gemelli qui pascuntur
inter lilia. Duos scilicet hinulos lactat id est
duos populos de circumcisione et praeputio venientes.
Filia dicitur quia patrem proprium recognoscere

sicut scriptum est. Audi filia et vide et in
clina aurem tuam et oblibiscere populum tuum
et domum patris tui. id est diaboli. et con
cupiscet rex decorem tuum quia ipse est dominus
deus tuus et adorate eum. Cuius per prophetam
linguam quam calamo scribentis velociter
conparata loquutus est spiritus sanctus. Ipsum regem
et bellatorem et dominum sponsumque appellans.
et in persona patris inducitur loquentis ad
sponsum filii sui. et cooptantis ei ut veteri
gentilitatis et idolatriae errore contemto ... ad
primum his qui dicuntur adtendat. et
propter ea de aliegenigena filia nominetur.
Deinde videat ut ipsa quae dicuntur ut animi
verum condicionem et quae invisibilibus intelle
gens visibilia et quae creaturis sentiens creatorem
et diligentiae inclinet aurem suam ut quae
dicuntur memoriae teneat. Quamque
audiens videns et inclinaverit aurem suam
ad tantique se virtutem doctrinae erudierit.
et eorum intellegentiae quae dicuntur oblibiscatur
primum populum suum. et cum abraham de caldea
egrediens relinquat patrum nationes.
et cognationis suae. Nam non dubitare possit
patrem nostrum ad quam ... nitemur adeo
fuisse diabolum. de quo ... dicta.
Vos de diabolo patre estis. quam ergo unusquisque
patres fueris oblitam et calamitate spiritibus
deposita pristinis sordibus vasa semper futurum
xpm de albatu conscendus. et quam possit
diligere filius meus. tunc concupiscat rex
decorem tuum. Quod ecclesiae ex gentibus
congregatae in una sponsa exposuimus.
unusquisque ad se ipsum referat anima quae
recte credet. quae prioribus magis derelinquit
sanctam deo adobaudiat in filia. et super haec

ad obaudita inclinet aurem suam. obliviscatur
veteris conversationis et quum uxpicato dimittat
mortuum patrem. et talem se prebeat que
iungatur a rege. Ipse est enim dominus deus cui flectere
debet genua et deposita superbia iugum
humilitatis adsumere. Regina est que iam
regem habet sponsum. sicut scriptum est.
Adstitit regina a dextris tuis in vestitu de
aurato. circumamicta varietate.
Que filie regum delectaverunt in honore tuo.
Filie regum sunt que sponsi patiuntur
amplexum cuius decori est in sinum sancti.
Hec sunt que mirra et gutta et cassia
a vestimentis tuis a gradibus eburneis ex quibus
te delectaverunt filie regum in honore tuo.
Per mirra qui corpora sua mortificant. quia
per mirram mortuorum corpora condiuntur.
Per cassiam. quia Christi boni odor sunt.
Et sponsus Christus loquitur ad sponsam dicens.
Mirra et aloe. cum omnibus unguentis primis.
Et illa respondit. Manus mee distilla
verunt mirra. digiti mei guttam. Salicem
vero flores sunt mirre et hoc salicem
dicitur gutta ut stilla. Quod autem
sequitur cassia. Ipsa est que ab aliis fistula
nuncupatur. Vocuntur laudes dei et omnes
pravitates terminantur voluptatum suo
calore et quoquam. Que vero super petram
Christi stabili iam radice fundata est.
catholica ecclesia una columba perfecta
et proxima facta ad Christi etnicis inse
sinus est habeat. Stat a dextris deaurata.
Idest de sermonibus scripturarum ad sensum
intellegentie ornatis et cunctis plena
virtutibus in vestitu deaurato circum
amicta varietate. Est enim regina

regnat que cum rege cuius filius possumus intellegere.
et in commune credentium animas et
proprie virginum choros ad ornatas sponsum.
filie Tyri in muneribus. Idest filie fortissimi vita
certe ipsa sit fortissima quia in mitiate
est fortium cuius vultum in diversis muneribus
deprecabuntur divites plebis. Divites dicit
sive huiusmodi sive sapientes scripturarum.
Uxorem quoque et concubinam intellegimus.
de cantico Salomonis. qui sine sponso suo
ut maritos non potest. Proxima autem
et amica dicitur. quia semper amicitie
federe. idest fide et opere et contemplationis
iungitur. quantum plus desiderat tantum
plus proxima est. Hec que multis vocabulis
diximus. unam esse non dubitamus. Cetere
dicuntur virgines sequentur et ducentur
in letitia et exultatione ingredientur
in templum regis. Multitudinem esse dicit
animarum in Christo credentium. demonstrat
canticum canticorum in quo scriptum est.
Sexaginta sunt regine et octoginta
concubine et adulescentule quorum non est
numerus. Una est columba mea perfecta
mea de qua dicitur. Viderunt eam filie.
et beatificant eam regine et concubine.
et laudant eam. Que ergo perfecta est et
sancta corpore et spiritu et columba et proxima
mereatur vocari. Hec est filia de qua scriptum est.
Que autem superiores sunt. hec dies mundi et
futuri regnum suspirant. regine appellantur.
Si qua vero circumcisionem quidem habet
octave diei. sed adhuc non venit ad nuptias.
hec concubina vocatur. Diversa autem
multitudo credentium que nec dum potest
sponsi amplexibus copulari nec adeo filios

UVA.BHSC

pudore adulescentula dicitur. Et ego puto
de istius modi virginibus dicuntur et cum
et in primo ponuntur gradu. hoc est omnes qui
in virginitate corporis et mentis perseverant.
Proximas autem et amicas viduas esse et in matri-
monio continentes. quae omnes cum laetitia
et exultatione ducuntur in templum in aulam
regis. In templum quasi sacerdotes dei. In au-
lam quasi sponsae regis et sponsi. Hoc templum
in fine huius libri melius explanabimus.
si dominus dederit commeatum. Nunc quod
cepimus explanemus. Has supra quas diximus
multa membra sed unum corpus unam matrem
sanctorum omnium sed secundum laborem diversa
sunt merita premiorum. O ecclesia filii tui
quos genuisti tibi vertentur in patres tuos
quum dedi discipulis fecisti eos magistros et in
sacerdotali gradum hominum et sanctorum
conlocabis. Nati sunt tibi filii. Cons-
tituis eos principes super omnem terram.
Id est sacerdotes sanctos per universum mundum.
Memores erunt nominis tui in omni progenie
et generatione. Id est omnes homines christianitatis
qui in ecclesia fuerint confitebuntur et lauda-
bunt dominum in saeculum et in saeculum saeculi.
Qui semel arripuit bella non deserit et sup-
hostium sanguine victor in ecclesia praeparat
sibi regnum in his quos de diabuli eripuit potestate
suo copulabit imperio. et dicit. Ego autem
constitutus sum rex habeo super Sion montem
sanctum eius. Nullique dubium veritatis et modestiam
et iustitiam christum appellari qui dicit.
Ego sum via veritas et vita. et discite a me
quia mitis sum et humilis. qui factus est
... et veritas ... et ... et ...
In quo autem humilitas dicentur in corpore

Quod divinitas Christi conparationem non habet.

Quod Christus paulatim divinitatem subtraxit corpus in iuriis dereliquit.

ut et ecclesia dicuntur in membris. Victoria domini servorum
triumphus est. Magistri et iudicatio discipulorum
profectus. Quaeritur autem quomodo pulcrior
sit cunctis filiis hominum de quo legimus
in esaia. Vidimus eum et non habebat speciem
neque decorem sed erat species eius inhonorata
et deficiens a filiis hominum. Homo in plaga
positus et sciens ferre infirmitatem quia
aversa est facies eius. Ne scilicet scriptu-
rae dissonare videatur. quia ibi ignobi-
litas corporis propter flagella et sputa comme-
moratur. et alapas et clavos et iniurias
patibuli. hic pulcritudo virtutum in sancto
et venerando corpore. non quod divinitas
Christi hominibus conputata formosior sit.
Haec enim conparationem non habet sed ubique
passionibus crucis universis pulchrior sit.
Virgo de virgine qui non ex voluntate viri
sed ex deo natus est. Nisi enim habuisset
et in vultu quiddam oculisque sidereum numquam
eum statim secuti fuissent apostoli neque
ad conprehendendum eum venerunt corruissent.
Denique et in praedicto testimonio in quo ait.
Homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem
sed dicit causas quare ita suppressus sit. quia
aversa est facies eius. Id est paululum in
divinitate subtracta corpus iniuriis dereliquid.
Quidam hunc versiculum quum superioribus
copulabit ut speciosus forma prae filiis hominum
non ad Christum sed ad Salomonem referatur.
Diffusa est gratia in labiis tuis. Intellegere
possumus quod sermo dicatur sit effusa
est gratia in labiis tuis id est omnis praedicatio
multa et dolis labiis ... effusa est
quae in brevi tempore totum impleverit orbem.
Et tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

UVA.BHSC

a summo celo egressio eius. et occursum eius usque ad summum eius. Nam et sicut mater quia con cepit et eum in quo omnis plenitudo divini tatis habitat corporaliter plena gratia salutatur. Et non tantum omnia que dicuntur intellegentia ad personam eius refferuntur. qui ad sumtum eius et matre est. quod per ventrem eius lubrica in eternum benedictus esse dicatur.

SECUNDO SEPTEM ECCLESIARUM


INTERPRETATIO QUALITER UNA ECCLESIA SIT ET SEPTEM DICANTUR APERTISSIME PER ARCA NOE DECLARATUR:

Et dixit dominus ad Noe tempus omnium
hominum iam uenit ante me
quia repleta est terra malitia
eorum. et ecce disperdo eos
cum terra omnem. Fac tibi

UVA.BHSC

tibi arcam de lignis quadratis. nidos et
nidos facies. et bitumine linies eam.
Si arce istius fabricam per quam invitus homo
Noe naufragium mundi meruit evadere.
diligenti cura et sollicitu animi ad
notionem velint inspicere. proculdubium
magnum sacramentum operis que in
ipsis mensuris et coniunctionibus invenient

esse dispositum. Sic enim dicit. Facies
arcam trecentorum cubitorum longitu
dinem et quinquaginta cubitorum lati
tudinem. Collectam facies arcam et in
cubito consummabis eam desuper. et
ostium facies de latere. et bicameratam
et tricameratam facies eam et reliqua.



UVA.BHSC

hoc laudem ante fabricam eccle(sie) septem capitum per
fectione indicabat. Non uero xpi figuram
habuisse nulla est dubitatio. quippe qui
crebro in lucano sermone nos requiem appellamus.
Ienua capuat ipsius lamech quum nomen ei
inponeret prophetabat. hic ait. faciet
nos requiescere ab operibus nostris. et a merorib(us)
manuum nostrarum. ueniet quum exierit est
dns. ut ego nos in eum esse solus liberat
in uniuersis terra excuntis in celo domo aq(ue)
pereuntibus ipse solus quum in domo sua sal
uabat est. qui solus dm sibi bene uibendo
fecerat propitium. quem ecclesiam. ut uenit mun
do. Sic et quum uenerit dns iudicare
scos in flumine ignis. ut nunc mali omnibus
ut refugiunt angelorum cunctaque mundi scele
ribus damnatus est finem scis uero solus requiem
in regno futuri et prebiturus. Numeri
hec que delegit in ipurabilibus consecratus est
ueniet unde ut dixi eccle fabricam indicabat.
que sancti est cum xpo mansura. septem
autem quae nos sco eiusdem donantur.
septem scias capitum habuisse noscuntur.
Quae per xpm accidium iudicii lis incendio
suna et cum ipso et in noua terra
cum xpo suna regnatura.
Sed forsitan aliquem
mobeat quur septem
dicantur eccle cum
unius sit in
toto orbe diffusa. Septem tamen
eccle est ipsa septenarium spm quum sit
una pluralitate nominantur. Sicut
omni corpus unum est et septem sunt
membra ut septem membrorum officia.
Ita cupita mun[illegible] unius [illegible]



gustaus odoratus [illegible] et unum est a con eccle
sed septem fomnis curemus quum creaque.
Sed septem oculi dni. et septem stelle in dex
tera tenentis in terio. et septem candelabra
aurea. et septem lucerne incautique in celo dtui.
et septem angeli. et septem tube. et septem
phiale. septem mulieres adprehendent unum hominem
unum. haec est unitatis eccle xpm est natus.
et septem columne apud salomonem quibus
domus eccle fulciatur atque erigitur. Sed et
Iohannis beati apostoli ad septem ecclesias
scribit capitulis que uenerabilis apostolus
ad septem similiter ecclesias epistulas dedit.
absolute quum non nominem scripsit, nemo met
septem scilicet eccle celeste. Nam et septem
panes in euangelio. et septem sporte plene
fragmentorum. super unitatis septiformi
eccle in multitudine indicabant. Cum ideo
ait septem pauperum diuina in robur eccle
et septem unum camelo. Septem in ea aut in me
septem ut dixi eccles indicabant inter
quos eccle septem eccles et is de bibrato
bubo. Septem [illegible]
dona. ut [illegible] in homine cum
dns munificat dignitatis est. Et requie
sce ut ait spiritus sapientie spiritus intellegentie
Consilium [illegible]
timoris dni [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

UVA.BHSC

denique beatus apostolus paulus cum ad ecclesiam
scriberet: quid esset ecclesia addidit dicens.
sanctis et fidelibus. hoc hoc: quicumque sancti sunt
et fideles habuerint spiritum intellegentiae: ipse
sunt ecclesia: quia illarum classem faciunt.
Similiter quoque rationem qui cumque habuerint
spiritum consilii. et quam classem quasi alteram
ecclesiam faciunt. et quos spiritus virtutis
suppleverit hii in quarta ecclesia numerantur.
Pari modo: et quos spiritus agnitionis inunda
verit: in quinta ecclesia deputantur.
Sic et quos spiritus pietatis adunaverit: sextae
ecclesiae numeri ostendunt. et quos spiritus pie
tatis amoris dei coniunxerit: hii ad septi
mam ecclesiam referuntur. Quamvis separata
sint singulis singula carismata haberi.
Quum autem in unum conveniunt: omnis unum
et integrum. et perfectam septem formam
ecclesiam quae xpi corpus est faciunt. haec sunt
septem animae quae noe qui xpi imaginem
pretendebat in excidio atque donatae sunt.
Post quam enim ut barrus solvuntur: laus pacta
autem et in pace ponuntur. Sicut semper
israel ecclesiae in finem seculi permanent. cunctis
nationibus per xpm sunt ablegitis ut alam dixi
cataclismum liberandae: et celestis regni
gloriae preparatae: quia sicut nullus cataclismo
atque potuit evadere: nisi qui in arca esset
reservatus. sic et nemo in diem iudicii
poterit effugere: nisi quem ecclesiae catholicae
arca ataberit. Quod autem hic ut mereatur
et arca metrata arca fuisse refertur.
mansionum loca. et habitationum qua
litates quae sanctis in regno dei sunt preparate
evidenter ostendit. In una enim camera
paradisi figura est. In alterum autem nove

ubi hierusalem celestis esset descensura ut ait
in eadem sicut scriptum est: habitatio dei cum
hominibus. de qua terra beatus iohannes
dixit. et audi ut celum novum et terram
novam et civitatem hierusalem celestem
descendentem de celo in terram novam.
et esaias sicut celum novum et terram
novam. quam ego facio perseverare in
conspectu meo: sic perseverabit semen
vestrum. et nomen vestrum dicit dominus omnipotens.
In tertia autem camera celorum regnum. inde est
quod et salvator noster ut dominus in evangelio
dicebat. multae sunt habitationes
apud patrem meum qui est in celo. sic
autem de celorum regnum scriptum est.
Beati qui persecutionem patiuntur propter
iustitiam. quia ipsorum est regnum celorum.
De paradisi autem mansionem. ipse latro
dominus probat cum dicit. vincenti dabo
dabo de ligno vitae quod est in paradiso
dei mei. Terre autem novae mansionem
similiter manifestat cum dicit.
Beati mansueti quia possidebunt terram.
sed et salomon sancti ait. reliquentur super
terram: impii autem expellentur ab ea.
Harum autem trium mansionum qualitates
rursus idem beatus esaias meminit dicens.
Sustinentes dominum mutabunt virtutem
pinnis gerebunt tamquam aquile currunt
et non fatigabuntur. ambulabunt
et non esurient. volabunt autem
in celum sicut aquile pinnis gerentes
currunt in paradiso et non fatigabuntur
ambulabunt in terram novam et non
esurient quia et cum illuc adeo prepa
ratum acceperint. hunc autem semper

UVA.BHSC

tatem virtutum mansionum sanctorum atque
et aptatis suis in evangelio dominus per para-
bolam manifestare dignatus est dicens.
Et item quod dicit in terram bonam faciet
et fructum centesimum. Centesimum
scilicet fructum faciunt qui in celum habi-
tationem accipiunt. Sexagesimum qui
in paradiso habitare merentur. Tricesimum
qui in terram novam futuri sunt.
Unde iam nobis plenum esse debet arcam
istam in figuram ecclesie ut sepe dixi
catholice imaginem perspicue indicasse
cuius tripartitam habitaculum idest celi para-
disi et terre. nove terre ubi in domino mons-
tratur. Ut et quod dicit structure prius
fabricam fuisse depositam in latitudines
intra in primo unde summa concordium
in medio angustior et postea per quattuor
angulos collectam usque ad unum cubitum
quo latitudo mensure sic consummata
unum haberet sensus etiam deducit. hoc
itaque significabat quod in prima parte
fabrice. idest in prima fructificatione sacer-
dotes licentia et remissior disciplina
omnium patrum et patriarcharum propter
generandum subolem filiorum esse indulta.
Et quod permittendum esse eis plura
liceret facere et liberius gerere que vellent.
Ideo in latior et spatiosior pars arce fabri-
catur in primis. media vero in angus-
tiori mensura redditur. quia medius
temporibus per legem moysi et prophetas
in angustiori et breviori spatio precep-
tis constringentibus populi redigendus erat.
Summitas vero cum iam per angulos collecta
et in unum consummata est hoc significabat

quod per quattuor angulos idest quattuor
evangelia hominis esse ecclesiam fabricam
quousque tendit. Quia ut tota illa erat
quasi una ita que dicit adunatum.
et usque ad unum cubitum. id usque ad men-
suram suscepti hominis que induit dominus
hominis est et compago ecclesie redigendum.
Denique nemo ad fastigium perfecte virtutis
ecclesie pervenire poterit nisi per angustias
tribulationum et persecutionum pressuras
quas et in passione sua passus est dominus sicut
scriptum est. Oportet nos per multas tri-
bulationes intrare in regnum dei. Sed quod
dicit in cubito consummabis eum. cubitus
hoc unum imago est ut dixi corporis christi
qui cubitus ad unitatem perfectam est. cuius
cuius nos membra sumus. non ad mensuram
staturae hominis secundum videtur. Omnes
enim unum sumus in christo paulo apostolo. Ideo in unum
cubitum hucusque fabrica consummatur.
quia in uno christi corpore et in [illegible]
passionum est hominis plenitudo tota ecclesie
colligenda. Nam quod corvum dicit
de archa emissum non fuisse ulterius
reversum. hoc ostendebat impuros vo-
luptatis hominum de ecclesia expellendos
et non esse ulterius reversuros. Corvus
enim subdoli et impure anime significat
voluptatis. et nigro colore infamiam peccati
[illegible] atque demonstrabat. Columba vero
quietam animam est. cum requiem non invenisset in
seculo reversa in archam [illegible] sanctorum imaginem
indicabat. Qui cum fuisset in toto orbe di-
spersus capte iniquitatis [illegible] requiem apud [illegible]
homines non potuisse repperire [illegible] in
archam ecclesie [illegible] sicut [illegible]

UVA.BHSC

evangelio apostolos suos instruit dicens:
ad quemcumque domum, vel civitatem veneritis
dicite pax huic domui. Si fuerit ibi filius
pacis veniet pax vestra super eum. Si autem non fuerit
ibi filius pacis, pax vestra revertetur ad vos.
Proinde spiritus sanctus cum adhuc super gentes requiem
non invenisset, quia necdum in Christo credide
runt, reversus est in arca ecclesie apostolorum donis
sublatis iniquitatibus peccatorum crescere
incipientibus nationibus fidei disciplinam quem
admodum spiritum sanctum accipere meruerunt. Denique
subiunxit scriptura, et alterum emisit columbam
de arca: et reversa est columba ad eam sub
vespere habens ramum olive in ore suo.
Quod ergo ramum olive adtulit testimonium
pacis et restitutionis perspicue indicabat
et quod lignum passionis ore suo predicans
hic per se ferens pinguedinem gratiarum crismatis
attribuere haberet, sub vespere autem quod in
fine seculi adventus haberet. Mensura vero
arce trecentorum cubitorum longitudo figuram
dominici crucis evidentius ostendit. Trecenta
enim apud grecos T. littera signatur
que littera unum apicem quasi arborem
crucis facit. Altera vero ut antemnum
incipit et ipsum crucis utraque habitu demons
trabat quomodo longitudo intellegentiae
ducatur et latitudo autem nove tribuit et latitudo
celestis regni preparatur. Quinquaginta cubitorum latitudi
nis eiusdem arce. hoc significabat quod pater
quies ecclesie quinquagesima die post passionem
dominico crucis spiritus sanctus descensurus esset per quem
et spem adducit excelsitatis regni gloria consequi
et obtinere possunt. Triginta vero cubitis
arce altitudo significat vim mensuram etatis domini nostri
tatis qui hominem quem induit per officium

Iohannis in Iordane babtizatus est. Triginta ce
nim annos ita ut evangelista testatur
quum per aquam babtismatis suscepit ad dixi
hominem donis celestibus inlustravit. Est ergo
altitudo in mensuram etatis corporis Christi sicut
beatus apostolus Paulus ait. Donec occurramus
omnes in unitatem fidei et agnitionem filii dei
in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis
Christi ut iam non simus parvuli. Longitudo autem
in passionem dominice crucis quia tertia signum est.
Latitudo in die pentecosten quod sanctus spiritus
super credentes advenit. Videtis ergo dilec
tissimi fratres omnem archae istius fabricam in
sacramento venisse unde ecclesie fuisse premissam
et non posse aliter hominem nisi per ecclesiam
de excidio totius orbis evadere. Sicut in
cataclismo mundi nemo remansit nisi
quos arca inclusa tenuit et proinde laborandum
nobis est ut dum et dominum nostrum toto corde re
quirimus ut in ecclesia dei catholica fideles in
domino permanere mereamur. Tunc enim sub
sequentia promissa sicut omnis pacis et
concordie federa evangelice fuerint
a nobis in veneratione lustrata ut
vere felices ante conspectum dei pueri omni
potentis esse possimus.

INCIPIT LIBER TERTIUS DE CETU LATIO XPI NATIVITATEM:

ALITER DICTURUS:

Post completum septimanarum
ecclesie quam per sex ebdoma
dam huius mundi singillatim
diversis spatiis temporibus partabit sicut
quod vidit et historia. Post hec inquid

UVA.BHSC

uidi et ecce ostium apertum in celum.

Post tantam manifestationem ostendit adhuc quam fidelem mentem perpetua ipsa celos illi esse apertum et demonstrantur diuini absconsa misteria. In quo inspicit mentem et extatum dei fidei de liberatione considerat. Apertum sibi ostium recognoscit quod ad mirificentias notatum unde mentem peruenit. Sic tamen semper ecclesie diuersis figuris apperit dicens: uidi ostium apertum in celo.

Ostium apertum xpm dicit natum et passum qui est ianua. Celum ecclesiam dicit propter quod credidit scripturis nos mediis ipsos uidemus. Interim autem ecclesia celum nomen accepit quod sit habitaculum dei ubi celestia geruntur.

Hoc est quod in celo uoluntatem dei fieri postulamus.

Aliquando autem celum et terra ecclesiam dicit ut terrenum tamen quo celo consentiat.

Aliquando autem celum et terram ecclesiam et gentes. Terra autem et bona est et mala.

Sicut apostolus de xpo ait: Pacificans per sanguinem crucis sue siue que in celis siue que in terris. In celo non erat secundum ... sed in terra celum et terra discordia erat. Sed tamen in iudea semper ecclesia mixta fuit cum deo sed mente non tamen corpore in nouitate. In terra tamen in terra iudaicum populum et gentilem discordia erat. Idem numquam apostolus dicit utrosque in nouitate et deo reconciliatos et quia gentilitas sine deo erat in mundo lumen est cum xpo. Et qui aliquando fuerunt longe per sanguinem xpi facti sunt prope. Et ipse est pax nostra qui fecit utraque unum et medium parietem sepis soluit inimicitiam in carne sua. Quia per illum habemus accessum ambo in uno spu ad patrem. Sicut lucas ait: Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone uoluntatis quia uocabit celos sursum et terram discernere populum suum. Ut alibi aliquis celum et terram probatur ecclesia quam bipertitam tamen reliquimus quia celum probauimus animam hominis esse et terram terrenum tamen. Et tamen et causa mixtam utroque spiritalis consentiens. Ideo dicunt et celum et terra et ecclesia.


EXPLICIT EXPLANATIO OSTEI:

INCIPIT STORIA EIUSDEM IN LIBRO TERTIO:

Et uox prima quam audiui tamquam tubam loquentem mecum dicens: ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri post haec. Et fui in spu. Et ecce tronus positus erat in celo et supra tronum sedens. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidi iaspidi et sardino et iris in circuitu sedis similis aspectui smaragdino. Et in circuitu troni uiginti quattuor et supra sedes uiginti quattuor seniores sedentes induti ueste alba et in capitibus eorum coronas aureas. Et de sede procedunt fulgura et uoces et tonitrua et septem lampades ignis ardentes qui sunt septem spiritus dei. Et in conspectu troni tamquam mare uitreum simile cristallo.

EXPLICIT STORIA IN LIBRO TERTIO:

UVA.BHSC



UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTA STORIE LIBRO III

Et uox prima quam audiui tam-
quam tube loquentem mecum
dicentis. Significat non aliud
audisse sed post superius apertio-
nem ingressus eum uocem audisse
quam audierat. Sed adhuc illi dominus quid
nescio quid secretum suum incipere reue-
lare dum consternatus potentie consternatione
plagione ad pedes cadere meruerat.
Deinde etenim carnalem ostium secundum
uocem primam quam audiuit tube consi-
milem facit. In qua uox facta collecta
intrinsecus facta dum exclamat sonum
facit exterius. Sicut hi qui a domino
susceperunt uerbum mente percipiunt inspi-
ritu sine sono quod exterius proloquuntur.
Tamen et illud intellegendum est aperti-
hostium. Id est declaratum euangelium.
Vocem primam [illegible] quam dicit legem et
prophetas [illegible] eloquia ut con-
cordant [illegible] noua ueteribus fuisse
illud quod psalmographus ait. Semel
locutus est deus duo hec audiui. Tota in hi-
s que scripturarum facta ad populum uos
protulit non audiendo turbat. Hoc
intellegi sub aliis potest quod pater unum
genitum equalem sibi filium genuit.
Loqui enim deus est uerbum genuisse.
Semel autem loquitur est uerbum aliud
preter unigenitum non habere. Et enim
post inspirationem animosi post ani-
mi reuelationem ait. Ascende huc
et ostendam tibi que oportet fieri post hec.

A secundum quod dicit. Deus peccatum mundo uenire
ad effectum sicut scriptum est. Veniet
ascendentium in montem domini sion. Hoc adore-
mus dicebant sicut scriptum est.
Ambulabant de uirtute in uirtutem et ui-
debatur deus deorum in sion. Ingredientes secutique
ubi precursor in turba dominus noster ihesus christus in [illegible]-
nem passionis sue factus pontifex in eternum.
Imitatur hic sanctus ipsum dominum pocari [illegible]
cognouisse uirtutem sed et quod oportet fieri
in futurum intellegat. Statimque dicit
fui in spiritu. Qui non sequitur nihil carnale
loquitur qui in spiritu ingressus fuisse describitur.
Nihil sanctus iohannes probatissimi de deo suo corpo-
rale nihil terrenum accepit. Sed fuit in spiritu
ut aspiceret dominum meruerat qui in spiritu a-
scendit non incurre conspicit. Deinde dicit.
Ecce sedes posita erat in celo et supra sedem
sedens. Sed [illegible] sequitur. Super
regnum hec est potentia iudicis fortitudo
et uirtus deitatis in electis. Et qui sedebat
in quo similis erat aspectui lapidis ias-
pidis et sardini et iris erat in circuitu
sedis simili sardine smaragdine.
Lapis enim iaspidis uiride [illegible] fi-
gore induatur ut intellegatur carnem
adsum a hominis christi ubi passionis con-
ditione susceptam propterea sine [illegible]
uigore clarescere et diuine uirtutis
in habitatione prefulgidam. Sardonix
autem lapis est rubicundus sed quadam
obscuritate sublucens ut intellegatur
integritatem [illegible] in sanctitate [illegible]
dum et humili adsumatum uirginem [illegible]
gnoscat. Siue ut aliis per hos duos

UVA.BHSC

lapides que et cognoscitur audi. Iaspis color
aque est. Sardis ignis. Hec duo iudicia posita
esse usque ad consummationem orbis superius
nul di. Et inde manifestatur duorum
iudiciorum ordo. unum iam consummatum est
in diluvio per aquam. aliud consummabitur
per ignem. Ita conpunctione in aspectu con
vertuntur quam dominus induatur est. Et iris in
circuitu sedis. Iris autem circum solidum
eorundem colores habet. Iris et arcus dicitur.
De quo dominus loquitur est ad Noe et filios eius.
Ne ea materia in generatione dei. Statuam
in qua arcum meum in nubibus. nec iam aquam
timeatis sed ignem. In arcum vero color
aque et ignis simul ostenditur. quia ex parte
est niger. et ex parte rubicundus. ita in
ambo iudicia testis sit. unius videlicet
faciendi per ignem. alius iam facti per aquam.
Aliter quippe arcus per ignem et aquam spiritus
sancti significabit et baptismum. quia post
Christi adventum donatus sancti spiritus humano
generi claruit. quod electi dei et aqua
baptismi unda lavantur. et igne divini amoris
accendit. Sicut veritas ait. Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non
potest videre regnum dei. Quia arcus in
nube est in die pluvie. Nubs autem Christi est.
Pluvia eius verbum predicationis. quia in
dominica incarnatione infusionem predica
tionis ostenditur. ut ad veniam corda
credentium dominum peccati revocentur.
De hac nube scriptum est. Qui ponis
nubem ascensum suum. Nube quippe
dominus ascensum suum posuit. quia qui per
humanitatem nubis est. per eam ad
celos eam ascendit. Quam Ezechiel vate

eum in spetiem electri et velut aspectum
arcus quum fuerit in nube in die pluvie: lau
udit. In electro aurum argentumque mi
scetur. ut utrumque unum et metallis duobus fiat.
In qua et per argentum aurum claritatis
temperatur. et per aurum claritatem specie
clarescit argentum. In redemptore nostro ambe
naturis divinitas et claritas. nisi ita
potuisset oculis temperare. et per divinita
tem humanum in eo natura clarescere.
Possunt et predicatores sancti nubes appellari
quia verbis pluunt. miraculis coruscant.
qui volare quoque ut nubes dicuntur. qui
et in carne vivunt. et qui terram fuit omne
quod egerunt. quia in carne ambulantes
non carne sed spiritu militaverunt. Et in
circuitu throni vidi sedes viginti qua
tuor. et super sedes viginti quattuor
seniores sedentes induti albis et in ca
pitibus eorum coronas aureas. Ecce ipse
tam sine manifestabitur per patriarcharum et
apostolorum. quorum quisque cathedram super
sedere docentium quos seniores
et equum. id est patres appellant.
Circum amictos albis id est lucificationibus
et puritate vitam. Portantes in capitibus co
ronas aureas presentiam qui effecti victores.
Trucidato malignitate hoste diabolo
coronas a domino receperunt. De quibus coronis
vas electionis professus est. cursum consummavi
fidem servavi. De cetero reposita est mihi
corona iustitie. quam reddet mihi dominus in
illa die iustus iudex. Non solum mihi sed
et omnibus qui diligunt adventum eius. Inde
ergo electum per duodecim et bis senis duodenario
numero est consecrantur quod est viri dicti.

UVA.BHSC

et quia dies uiginti quattuor oras in die et
nocte spatiis suis terminatur. et unus dies nunc
patet. lux lucet ante aduentum solum in patri-
arcis et prophetis fulgebat. in ceteris uero
nox erat. Nouum uero testamentum quod
xps incarnatus ostendit est manifestatio lux
et dies est appellata. sol dicente eodem propheta
malachia. Ecce uobis qui timetis dominum orietur
sol iustitie. qui tamquam ortus diei duodecim
apostolos elegit. de quibus ipse ait. Uos estis
lux mundi. et in hos duodecim apostolos
omne corpus episcoporum solidauit. et in nomine corpore
episcoporum coniunxit omnem populum xpianum.
Quia sicut deus adam fecit et mulierem
ad adiutorium subdere precepit. quem mulier
omnem populum xpianum significabat. adam
uero omnes sacerdotes significabat. sic tunc
ergo xpianum populum subdidit sacerdotibus suis
sicut mulier uiro. De illis autem qui mixti sunt
perfecti sunt. ipsis sacerdotibus laborandum est
qualiter per lucem predicationis ad solidam trini-
tatis cognitionem cognoscant patrem et filium et
spiritum sanctum. De hoc quod diximus apostolus ait.
Caput mulieris uir. caput uiri xps. caput
xpi deus est. Ut de membra non separatum quem
per sacerdotes omnis ecclesia xpo mundo copulatur.
Et in hos duodecim ostendit apostolos id est omne corpus
sanctorum episcoporum. Sicut inuenimus in discriptione
ciuitatis hierusalem de celo descendentis. de deo
in homine xpo. De xpo in apostolos. De apostolis
in episcopos. De episcopis in presbiteros. De episcopis
et presbiteris in ceteros populos. Per hos gradus
ciuitas hierusalem descendit. et terrenos populos quando
ascendit ad celos. Ita uiginti quattuor
in compte officiorum separationem
duodecim sunt. Quia et preposita est duodecim

antiquis retro temporibus predixit. et duodecim throni spiritali
numero unus thronus est id est ecclesia. solus enim dominus ihesus xps
in ea ad iudicandum sessurus est. sed habitantium
et sedes ecclesia. iudicant duodecim seniores id est
ecclesia in duodenario numero. sed in xpo in quo est
caput sedebunt et iudicabunt tamquam membra.
Sed in uno capite unum caput id est xpm. Nam quomodo
poterunt sancti in iudicio sedere. sicut et ipse dixit
iudicantes. Et de throno procedunt fulgura et uoces
et tonitrua et septem lampades ignis arden-
tes. qui sunt septem spiritus dei. Intellegi uoluit
omnem predicationem uero apostolorum per quam ecclesiam
sanctam que docetur in dei iudicio et dei inspiratione pro-
cedere. Fulgura ergo miraculorum uerbis sanctorum
uoces accipe. omnia hec a throno auctore deo procedere
confitemur. de quibus fulgoribus et tonitruis dicitur.
Uox tonitrui tui in rota. Rota scriptura dicitur.
ubi et ait. Inluxerunt fulgura tua orbi terre.
Cuncta hec non proprium hominum sunt. sed
ex throno dei quod est ecclesia. et tamquam iussione
et potestate creatoris uel imperio procedentia
demonstrantur. Septem ardentes lampades
uero septem uirtutes spiritus sancti. de qua
uirtute supra iam supra iam diximus. in quo uno
nomine designantur. Ante thronum dei qui ignis
in te uirtutes per quem dispensantur dei doctrina
ardens est. sicut alibi dicitur. et qui adpropinquat
patribus est accipiant doctrinam illam. Item ezechiel
de hoc igne et de his lampadibus et animalibus
de cherubin dicens. Aspectus animalium quasi
carbonis ignis ardentis. et quasi aspectus lam-
padarum. et per carbones ignis ardentes
et qui sunt in scripturis compleuntur. quisquis carbo
et igne accenditur. Tamquam quis secundum uiuit
et docet nec est in uiuentibus habet loquutionis
exemplo operis accipit ...

UVA.BHSC

in amore uertuntur · ut a peccatorum suorum
tenebris fugiant · desiderio lucis ardescunt ·
et quanto plus amorem ardent · qui prius in iniqui-
tatem · tantum torpuit quantum frigidus
lucebat · Lampades uero lucent sui longius spatiis ·
et quum in alio loco sint · in alio resplendent ·
Qui enim spiritu prophetie uerbum docent et miracu-
lis pollent gratia · hi sub opinione longe lateque ut
lampas lucent · et quibus bona est audiunt quia
per hoc ad amorem celestium surgunt · In eo
quod semper bone operi exhibent · quasi ex lam-
padis lumine resplendent · Quia ergo sancti uiri
quidam latent repositi quasi tangendo
ad amorem patrie celestis accendunt · et
boni sunt · Quia uero quibusdam et longe
positis lucem ex lumine · ne in peccati sui
tenebris torpeant · lampades sunt ·
Hoc uero inter carbones et lampades distat ·
quod carbones ardent quidem · sed ex loci in
grato lucerna tenebras non expellunt ·
Lampades autem quia magno flammis
lumine resplendent · diffusas circumquaque
tenebras expellunt · Quia ergo [illegible]
et qui sunt plerique secularium simplices et
occulti · et qui in locis minoribus sub magno
silentio conteguntur · uitamque eorum · ab
aliis possit agnosci · Quid aliud isti nisi
carbones sunt · qui et si per feruorem spiritus ardorem
habent · tamen exempli flammam non habent ·
nec in alienis cordis tenebras peccatorum uincunt ·
quia uitam suam omnino sciri refugiunt ·
In semetipsis quidem accensi sunt · sed aliis
in exemplo luminis non sunt · Hi autem qui
[illegible] plus uitam [illegible] ex lumine
pro boni operis [illegible] et uerbum · laborantibus
demonstrant · hi lampades appellantur ·

Quia et per ardorem desiderii et per flammam
uerbi a peccatoribus sordibus errorum tenebras
repellunt · Qui igitur in occulto bene
uiuunt · sed [illegible] profectui minime pro-
ficiunt · carbones sunt · Qui uero in imitationem
sanctitatis positi in lumine · exempla rectitudinis
multis demonstrant · lampades sunt · quia et sibi
ardent et aliis lucent · Item sedem tamquam
mare uitreum similem cristallo · mare uitreum
est per lucidum donum baptismi dicit · aqua
mundum · stabilem non uento agitatum
nec in procliuo defluentem · sed tamquam
donum dei inmobile gratiam ostendit ·
Sed quum dicit in conspectu throni lampades
que sunt spiritus · et mare uitreum in conspectu
throni · hostendit spiritum in eo loco esse quo est fons
baptismi · mare autem aqua est sed non dulcis
sed amara · quod est hoc mare · nisi baptismi
ex penitentia quum · Sic enim illa [illegible] a sede
tamquam mare uitreum similem cristallo ·
Uitreum enim cito frangitur · lauacrum baptis-
mum in nobis cito frangitur et periclitatur
Lubrica est enim uia seculi huius [illegible] in pec-
catis constringitur · quam quum modice con-
cupiscentie calore resolbentur · [illegible]
lapsum ruine que [illegible] in pro-
fundo puteri [illegible] penitentia
dimergitur id est [illegible] peccatis [illegible]
quum a diabolo [illegible]
Sed hunc ex hoc fidelis peccator [illegible] penitentia
conuersus · ad summum originem uenit · id est
habet auxilium spiritus sancti · siue cum labore
anime sue ex corporis · de profundo puteri
missus ad deum per eum reuertitur · hoc est reducat
in memoriam [illegible] ut erat puteum qui per se-
ctarum lapis posita modum de profundo

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO QUATTUOR ANIMALIUM IN LIBRO TERTIO:

Et vidi in medio throni et in circuitu
sedis quattuor animalia plena
oculis ante et retro. Quattuor
animalia quattuor evangeliorum est
forma. Quod plena ante et retro oculis inve-
niuntur, preteritum et futurum dei continere
misteria, ut utriusque legis secreta sonare dicuntur.
Et per contemplationem rerum spiritalium omne
sancte divinitatis archanumque fidem et misterium
secretum et celestium per ... facta demonstrant-
tur. Deinde unius cuiusque forma disponitur.
Primum leonis, secundum vituli, tertium hominis,
quartum aquile. Siquidem in evangelio
Matheus in ordine primus ponitur, quamvis
primus scripsit, sed in misterio maiores nostri
primum Marcum posuerunt, eo quod
... Iohannes viam preparavit Christo,
quia Marcus plenus spiritu sancto scripsit evan-
gelium Christi eloquio greco in Italia.
Sectatus Petrum ut discipulus, hic in initium
usus propheticali sententia dicens: vox cla-
mantis in deserto: parate viam domino.
Ut ostenderet Christum post adsumptionem
carnis evangelium predicasse. In mundo
enim ipse Christus propheta dictus est, sicut
scriptum est: prophetam in gentibus posui
te. Hinc ergo maiores nostri personam leonis Marco
evangeliste significare discribunt.
Et ut verum superius sine errore discritur.
Quia et liber eius sic incipit: Initium evan-
gelii Ihesu Christi filii dei, sicut scriptum est
in Esaia propheta: Ecce mitto angelum
meum qui preparabit viam ante faciem tuam.
Sed non est mirum quod hic Esaias pro Malu-
chia est positus. Nam hoc testimonium
certissime in Malachiam legi dinoscitur.
Siquidem Esaias interpretatur salus domini,
Malachias angelus. Et ideo in exordio evan-
gelii pro angelo, id est Malachia, salutem domi-
ni, quod est Esaias, voluit nuncupare. Ut a principio
evangelii ut prefixerat et futuram sublimem
perpetuitatis induceret. Deinde etiam quid
nunquam diceret quod est angelus ante
verba adsumpta est dicta: Parate viam
domino, rectas facite semitas dei nostri. Ut pro-
missa et pollicita salutem nunquam veritatem
ostenderet et corda hominum ad recipi-
endum gratiam preparent. In hoc autem
forma leonis est qui Iohannem in deserto
predicantem et diversa annunciantem ostendit,
sicut dictum fuit: Iohannes in deserto bapti-
zans et predicans baptismum penitentie
in remissionem peccatorum. Secundum animal
simile vitulum Lucam dicit, qui inter
omnes evangelistas greci sermonis eruditus
ut medicus in Grecia evangelium scrip-
sit Theophilo episcopo. In quo initium sacerdotali
spiritu dicens: Fuit in diebus Herodis regis Iude-
e sacerdos Zacharias. Vitulum significavit Christum
post incarnationem carnis et predicatio-
nem evangelii hostiam fuisse effectum
pro salute mundi. Ipse est enim sacerdos,
de quo dictum est in psalmis: Tu es sa-
cerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech.
Ubi enim Christus advenit, sacerdotium Iudeorum
commutavit. Lex et prophete cessaverunt.
Bene ergo Lucam similem vitulo dicit.
Vitulus enim in persona ponitur sacerdotum.

UVA.BHSC

sicut dicit in Isaia. Beati qui seminatis super
omnes aquas. Sanctum verbum dicit aquas populum.
Inmittentes pedem bovis et asini. Ista iudaici
et gentiles populi. Et hic vitulum suum de
Zacharie sacerdotium adsumsit et dicit.
Fuit in diebus Herodis regis Iudee sacerdos nomine
Zaccarias. Et tertium animal habens
faciem similem hominis. Mattheum
dicit qui primus evangelium conscripsit
litteris ebraicis et sermonibus in Iudea. Itaque
ante evangelizare ab humanitate Christi incipit
dicens. Liber generationis Ihesu Christi
filii David filii Abraham. Significans descendisse
corporaliter de semine patriarcharum
Christum. Sicut promissum erat in prophetis
per Spiritum. Quia genealogiam Domini secundum carnem
voluit in suis libri Mattheus principio nun-
tiare. Et quartum animal aquile
volantis. Iohannem dicit qui in ultimo
evangelium ultimus scripsit. Incipiens a verbo
ut ostenderet eundem salvatorem qui pro
nobis dignatus est nasci et pati. Ipsum
ante secula Dei verbum esse. Ipsum de celo
venisse et post mortem ad celum iterum
remeasse. Hii sunt quattuor evangeliste
quos Ezechiel Spiritus Sanctus significabit in quat-
tuor animalibus. Per se est autem in quattuor
mundi partes fides christiane religionis et
predicationem disseminata est. Anima-
lia autem dicta sunt quoniam per animam
hominis predicatur evangelium Christi.
Namque oculis plena sunt intus et foris
quoniam providentia evangelii que dicta sunt
a prophetis et que promissa erant in priori-
bus autem erit ... quia nihil privatum
in evangeliis est. Et oculus semper ...

crura et faciem suam. Velata sunt enim
que tegebantur in adventu Christi. Evangeli-
um autem grece quod latino interpretatur
bona adnuntiatio. Grece enim eu bonum dicitur.
angelum adnuntiatio. Unde et angelus
nuntius interpretatur. Bene ergo Iohannes
aquile volantis scribitur, quia neque de huma-
nitate Domini neque de sacerdotio neque de Iohannis
in heremo conversatione, sed ultra se omnia hec ...
ad ipsam altitudinem celi contendit.
Et avis more aquile volantis de ipso Deo
loquitur dicens. In principio erat verbum
et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum.
hoc erat in principio apud Deum. Sed questio
oritur quomodo hec quattuor animalia
et in medio troni et in circuitu troni plena
oculis ante et retro scribuntur. Nisi pro locis
spiritaliter intellegantur. Quod si localiter
secundum litteram intellectum fuerit errorem
facit. Iam enim supra dixerat in medio
troni sedentem Christum. Et in circuitu troni
seniores. Nunc autem dicit in medio troni
animalia. Et in circuitu troni eadem
animalia. Sed si autem cordis aperiat
hec omnia cognoscit esse spiritalia, quia solium
de capite dixit et membra. Troni enim
grece dicitur latine sella interpretatur
quam hic aliquando sedem aliquando ...
dicit ubi Christus sedet. Hic troni ecclesia est in
quam Christus sedere dicitur. Et hanc animal
quam dicit in medio troni et in circuitu troni
eadem esse animalia. Id in medio ecclesie ev-
angelia et per circuitum ostendit mixta esse
et unum omnia. Quia et evangelia in seniori-
bus et seniores sine evangeliis esse non possunt.
Quomodo enim erunt animalia in circuitu

UVA.BHSC

sedis ubi iam supra diximus: uiginti quat-
tuor seniores occupasse locum. nisi ut
intellegas seniores et animalia unum esse.
In medio throni quod dicit: in xpi corpore
ecclesie coniunctam cognosce. ita ut capita
et membra unum hominem intellegas
fieri. plena oculis quod dicit ante et retro.
legem et euangelium intellege. siue et spiritum
scientiam preceptis diuinis fidelibus inspiratur.
et ante et retro omnia circum inspiciunt que
et preterita et futura conspiciunt que.
Animal primum simile leoni. forti-
tudo ecclesie ostenditur in leone sicut
dicit. ecce uicit leo de tribu iuda. sed
quomodo sit fortis ecclesia in xpo ostendit.
Simile uitulo. id est uictime. haec est
enim fortitudo ecclesie uictimari. et quid
sit leo et uitulus in xpo declaratur.
Habens in quia faciem sicut homo. humi-
litatem dicit ecclesie. que cum habeat ad-
optionem filiorum dei. uideatur ut homo
nihil preter humanitatem possidere.
Sicut de dno dictum est. cum esset in forma
di non rapinam arbitratus est esse equale
do semetipsum exinaniuit formam serui
accipiens. in similitudinem hominum
factus et habitu inuentus ut homo.
humiliauit se obediens factus usque ad
mortem. et quid sint animalia ait
in quarto conclusit dicens. similem
uite aquile uolanti. hic in aquila
nihil determinat nominibus. nisi ut qui
fortis fuit in passione sit in leone.
Et qui semetipsum semel obtulit in holo-
caustum sit in uitulo. et qui rationabilis
fuit. id est preterita recordet presentia que
ordinet. futura preuideat. ut cum a quo
factus sit a patre cognoscat et in
opere animae sit in hominem. et nihil
et prodeat. et more aquile in contempla-
tionis pinna semper in celo oculos fixos
non habuerunt. haec fuit semper patriarcharum
et prophetarum ecclesia. uniuersa quam in
cumulata esset diuinitatis. cum et adhuc
sol iustitie in corpore non fulserat ut
dici manifestatur tamen illi in lucis
sancti noctem in celo. id est in ecclesia fulgebant
sicut stelle. post quam uero sol uenerat
antiqua et diuinitatis sue lumen per carnem
manifestauit. et subditur legimus
eum se ostendit et apostolos duodecim
ut dicam fuisse elegit. In haec quattuor
animalia omnem ecclesiam congregabit.
Et dum illa erit aliquis complexio more
aquile in quarto in celo ubi cauda uerum
se conspexerit semper contemplationis
oculos figeret. ut semper libera terra suspen-
sus duobus testamentorum gubernaculis
eleuaretur. haec facturam membra qui
cum capite capita esse uniat. Haec
quattuor animalia singula eorum habebant
alas senas per circuitum.
In hac quattuor animalia ostendit uiginti
quattuor seniores. nam sene ale quattuor
animalibus uiginti quattuor ale sunt.
Et a in circuitu throni uidit animalia. id est
leo uitulus et homo alas habere dicuntur.
Cum et tot prophetam habere non uidentur.
sed hoc in misterio non ut sonat esse credunt.
Senas autem alas habere discribuntur. quia
in his sex diebus ebdomade presentis quo mun-
dum constat. sui uaticinii uerba diffun-
dunt. quod quattuor autem senis alis

UVA.BHSC

habere dicuntur quod duodecim bis uiginti
quattuor fiunt. Id bis duodenis pueri uixerunt
et apostoli sancta doctrina est qui sui mundum
uaticinii praeconio docuerunt. In hac
eademque doctrina laus trinitatis exponitur
et sine requie sancti atque perpetuitatum unum
adsignatur. Cuius laus ad unum omnipotentem
pluralitate Deum unius substantiae manifestat.
Hunc ante omnia et per omnia et post omnia
sancta memoratorum uatum doctrina
praedocuit eundemque uenturum ad iudicium
summum et omnibus praedicatorum adstruunt
uoces. Et quia aquilam electum diximus
dignum est ut ad huius aliis est interpretan
dum duo etiam animantia esse dicunt per quibus
electa ad caelum uolare dinoscitur.
Sicut enim in hac aquila conclusit omnia
et ceteris animalibus aquila posita ultima.
Et quia illa terra non uolunt, sed sicut sola
aperte cognoscit quae in contemplationis
mente defigitur ipsa nuncupari electa.
In Ezechielo uero praedictum prophetae spiritum haec
pinnata animalia sub aliis scribuntur.
Ita haec euangelistarum significare personas
ipsa nobis sub aliis discriptionis aperiunt
nihil quod sermo Dei nostro intellectui dubietatis
relinquit. Ecce enim dicitur similitudo
uultum uultus eorum facies hominis et facies
leonis a dextris ipsorum quattuor.
Facies bobis a sinistris ipsorum quattuor.
Et facies aquilae desuper ipsorum quattuor.
Quod enim quattuor haec pinnata animalia
sanctos quattuor euangelistas ipsa unius
cuiusque libri euangelici initia testantur.
Nam quia ab humana generatione coepit
lux per hominem matheus. Quia per

clamorem in deserto. recte per leonem marcus
quia a sacrificio coepit. bene per uitulum
lucas. Qui uero a diuinitate uerbi
coepit. digne per aquilam significatur Ioh
annes dicens. In principio erat uerbum
et uerbum erat apud Deum. et Deus erat uerbum
dum ipsa diuinitatis substantiaque inten
dit quasi more aquilae oculos in celo fixit.
Sed quia electi omnes membra sunt redemp
toris nostri. Ipse autem redemptor noster caput
est hominum electorum. per hoc quod membra
eius figurata sunt nihil obstat si etiam
in his omnibus animalium et ipse signetur.
Ipse enim unigenitus Dei filius ueraciter
factus est homo. Ipse sacrificio nostrae redem
ptionis dignatus est mori ut uitulus.
Ipse per uirtutem suae fortitudinis surrexit ut
leo. Leo uero apertis oculis dormire perhibetur.
Quia in ipsa morte in qua ex humanitate redem
ptor noster dormire potuit. ex diuinitate sua
inmortalitatis permanendo uigilabat.
Ipse etiam post resurrectionem suam ascen
dens ad caelos in superioribus eleuatur ut aquila.
Totum ergo simul nobis est. et nascendo homo
et moriendo uitulus. et resurgendo leo. et ad caelos
ascendendo aquila factus est. Sed quia per
haec animalia euangelistas quattuor et
sub eorum specie simul perfectos homines
superius significari diximus. restat ut
quomodo unusquisque electorum in istis ani
malibus uisionibus exprimatur ostendamus.
Omnis enim electus atque in uia Dei perfectus et
homo est et uitulus et leo simul et aquila est.
Homo enim rationale est animal. Vitulus
autem in sacrificio mactari solet. Leo uero
fortis est bestia sicut scriptum est.

UVA.BHSC

Leo vero fortissimus bestiarum ad nullius pavebit
occursum. Aquila ad sublimia evolat.
et in referendo vertat oculis solis radiis inradiat.
Omnis itaque in ratione perfectus est homo est.
Et quia semetipsum ad huius mundi voluntatem
mortificat vitulus est. Quia vero ipsa sua
voluntaria mortificatione contra diversa
omnia fortitudinem securitatis habet leo est.
Unde scriptum est: Iustus autem quasi leo con
fidens absque terrore erit. Certissime vitulus
leo est. Qui vero sublimius contemplatur
eaque caelestia atque aeterna attenta sunt aquila
est. Igitur quia iustus quisque ad rationem
homo, per sacrificium mortificationis suae
vitulus, per fortitudinem securitatis leo, per
contemplationem vero efficitur aquila,
recte per haec sancta animalia signare unusquisque
perfectus potest. Quod idcirco diximus ut ea
quae de quattuor animalibus dicta sunt
pertinere quoque aequum ad perfectorum singulos
demonstraremus. Sed grandis nobis de his eisdem
evangelistis et sanctis predicatoribus quaestio
oritur, quia homo et leo a dextris ipsorum
quattuor habere perhibentur. Neque enim
sine admiratione est quia duo illa a dextris
et unum hoc esse a sinistris dicitur. Et
rursum querendum quia aquila non a dextris
vel sinistris sed super ipsorum quattuor esse
memoratur. Duas itaque nobis quaestiones
oblatas quas oportet aperiente domino dis
solvamus. Homo igitur et leo a dextris, vi
tulus vero a sinistris esse perhibetur. A dextris
etenim laetitiam, a sinistris vero tristitiam
habemus. Unde etiam sinistrum nobis esse dicimus
hoc quod adversum esse deputamus. Et sicut

perfectissimi per omnem incarnatio putandum
passio. Per leonem vero auctoris nostri resurrectio
designatur. De incarnatione autem unige
niti filii redemptoris nostri omnes electi laetati sunt.
De morte vero illius ipsi electorum primi scandalizati
contristati sunt. Qui laetum de eius resurrectione
gavisi sunt. Quia ergo nativitatis et resurrectionis
laetitiam discipulis praebuit quos eius passio con
tristaverat, homo et leo a dextris, vitulus vero
a sinistris eis fuisse describitur. Ipsi namque
evangelistae sancti de eius humanitate gavisi
sunt. De eius resurrectione confirmati quidem
de eius passione fuerunt contristati. Homo
ergo et leo a dextris est quia redemptoris nostri
eos incarnatio vivificavit et resurrectio con
firmavit. Sed vitulus a sinistris quia mors
illius eos ad momentum temporis infidelitate
prostravit. Iure autem locus aquilae non iuxta
sed desuper esse describitur. Quia per hoc quod
eius ascensionem signat, seu quia verbum
patris dominum apud patrem esse denuntiat.
Super evangelistas ceteros Iohannis virtute
contemplationis excrebit quamquibus
et simul de eius deitate loquatur. Huic
autem omnibus sublimius contemplatur.
Sed si aquila cum ceteris animalibus adiuncta
quattuor animalia esse memorantur
rursum quomodo desuper ipsorum quat
tuor esse describitur. Nisi quia Iohannes
per hoc quod In principio verbum vidit
et quam super semetipsum erectus namque si
non erectus esset verbum in principio non
vidisset. Qui ergo et semetipsum egressus
gressus est non iam solummodo super eis sed
adiunctus esse super quattuor sunt. Sequitur
et facies eorum et pinnae eorum extentae desuper. 81

UVA.BHSC

Facies pinnae extentae desuper scribuntur quia omnis intentio omnisque contemplatio sanctorum super se tendit, ut illuc possit adipisci quod in caelestibus appetit. Sive enim bono operi seu vero in vigiliis contemplationi intenditur, tunc veraciter hoc quod agit bonum est, quando ei placere concupiscit a quo est. Nam qui bonum agere videtur et placere non Deo sed hominibus placere desiderat, intentionis suae faciem deorsum ponit. Et quod in sacro eloquio eius divinitatis sunt contemplatur, ut per hoc quod intellegit occupari ad quaestionis possit, quia non dulcedinis beatitudinis fugari appetit sed doctus videri, ipse sine dubio intellectus sui pinnas desuper non extendit. Quia sensus sui vigilantiam in terreno appetitu occupat, pinnas quas sublevare in altum quibus sublevari ipse poterat, in imum deponit. Qua in re pensandum est ut omne bonum quod agitur per intentionem semper ad caelestia levetur.

Qui enim per bonum quod facit terrenum quid concupiscit, pinnas suas et faciem deorsum reprimit. Hinc enim per prophetam de quibusdam dicitur: Victimae nostrae in profundo defecerunt. Quid enim sunt aliud lacrimae orationis nisi victimae orationis nostrae? Sicut scriptum est: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et sunt nonnulli qui per fletum suum in prece lamentari efficiunt, ut vitae terrenae lucra adquirant, ut ab hominibus sancti videantur. Quid his nisi victimae in profundo defecerunt?

Qui per hoc quod in terreno amore sunt, requirunt orationis suae sacrificium deorsum ponunt. Electi autem quia et in bono opere omnipotenti Deo placere appetunt et per contemplationis gratiam terminum illum beatitudinem degustare concupiscunt, facies et pinnas desuper extendunt.

Sequitur: Duae pinnae singulorum iungebantur et duae tegebant corpora eorum.

Dictum fuerat: Facies et pinnae singulorum iungebantur, ubi aperte intellegitur quia extendebantur desuper iungebantur.

Duae vero tegebant corpora eorum. Quid autem pinnas animalium nisi ut denominantur, quae in re nobis diligentia perscrutatione quaerendum est, quae sunt quattuor pinnae sanctorum, ex quibus duae extentae iunguntur. Duae vero eorum corpora tegunt. Sicut enim vigilanter aspicimus, quattuor esse virtutes invenimus quibus terrenis actibus omnem pinnatum animal levant. Insunt videlicet amor et spes. Deprecantur autem amor et paenitentia.

Pinnae ergo sibimet iunctae superius extenduntur, quia sanctorum mentes amor et spes ad supernum elevant. Quae ubi et quoque coniunctae sunt, quia electi sine dubio amant caelestia quae sperant, et sperant quae amant. Duae vero corpora tegunt, quia timor et paenitentia ab omnipotentis Dei oculis eorum mala perpetrata abscondunt. Duo latera vadicatum est pinnae iunguntur, quando amor et spes electorum corda ad superiora elevant et ad caelestia suspendunt. Duae autem pinnae tegunt corpora, quando eorum mala perpetrata conspectu districti iudicii timor et paenitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminerunt quia paenitentes sunt et deflent, quid aliud quam corpus cooperiunt? Qui fuerat cumulum perperducatur bona operum ad sanctificationem abscondunt. Scriptum quippe est: Beati quorum remissae sunt iniquitates.

UVA.BHSC

et quorum et causa sunt peccata. Peccata
enim tegimus cum bona facta malis actibus
superponimus. Omne enim quod operitur in
ferius ponitur. et hoc unde operitur desuper
dicitur. quando enim abnegamus mala
que fecimus. et elegimus bona que facimus. quasi
quo operimentum ei rei superducimus. quam
erubescimus videri. Quam hanc enim sancti viri
in hac vita sunt habentia tamen quod
ante dei oculos operire debeant. quod
omnino est impossibile. ut vita in opere vita
in locutione numquam delinquant.
Unde et beatus Iob qui perfectam quidem omni
dixerat dei tamen vocem audiens. sed ipsum
de ipsa sua perfecta locutione reprehendens
dicebat. Manum meam ponam super os meum.
In manu quippe operatio. In ore locutio est.
Manum ergo super os ponere est peccatum
locutionis virtute boni operis tegere.
Libet fratres karissimi adhuc sancti testimonium mei satis
quantumquam paululum vocare qualiter sancti illi
animalibus quatuor innituntur aspi
cere. Ex quibus duabus ad superiora provolant duabus
vero pinnis corpus contegunt. quia preterita que
egerunt abscondunt. Videamus igitur quantus
hunc amor ad celestia elevet cum dicit.
Mihi vivere christus est. et mori lucrum. Cognoscamus
quanta spe ad superiora attollitur cum
dicit. Nostra conversatio in celis est. unde
et salvatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum.
Videamus si et in actibus nimirum positus adhuc
timet. castigo corpus meum et servituti subicio.
ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus
efficiar. Cognoscamus si hunc malum fecisse
paenitet. Ego sum minimus apostolorum qui non
sum dignus vocari apostolus quia persecutus

sum ecclesiam dei. In quibus verbis quid aliud quam
duris quam nisi mentis accusatur. Quia ipse
plangit quod ante baptismum commiserat.
Nos vero et post baptismum multa mala
commisimus. et tamen flere recusamus.
Quatuor latus pinnis sua animalia tegunt.
quia et pro amore et pro timore accelerant evolant
et pro amore et pro paenitentia quam fecerant inter
infelicia deplorant. Sed quia dictum est
duae pinnae singulorum iungebantur. hoc for
tasse intellegitur quod non pinnis propriis
evolant iungunt sed unius ad alterum
pinna coniuncta sit. Ita pinne videlicet
elevate invicem sibi in coniunctione concor
dent. Quia inter quos ratio oritur quasi duo
pinne que levantur amorem et spem due
vero que corpora tegunt. amorem et paeni
tentiam designant. quia duae certe sunt
dicuntur esse coniunctae et duae que corpus
tegunt non dicuntur. sed hac inter facilis
deo iuvante ratio occurrit. quod scilicet pinnae
coniunctae sunt amor et spes. Duae vero pinnae
que corpore tegunt sibimet ipsis ad alterum
coniunctae non sunt. Timor et paenitentia.
David enim pro lapsum carnis timendo et paeni
tendo et affligendo paenituit. Petrus autem
fide flenda timuit. Paulus inter crudeli
tatem perpetratae persecutionis plangit.
Omnes tamen unum premium appetunt et
unum auctorem omnium premiorum fore clamant.
Duae ergo singulorum pinnae coniunctae sunt
et duae non sunt. quia pro amore et spe
unum est quod desiderant. sed pro amore et
paenitentia diversum est quod deplorant.
Sequitur. Et unumquodque coram facie
Sextum gloria. Septimum regnum.
hos septem sigillos effectu habet solutos.
Et hec signa est tantus effecte a passione
usque in aduentum domini sicut promiserat
dicens. Uado hos septem ut tibi que oportet
fieri post hec. Et nemo poterat neque
in celo neque in terra neque subtus terram
aperire librum neque respicere illud.
Et omnibus ergo creaturis que sunt in celis
in terra in abissis. id neque laicus neque uiuens
neque sepultus aperire librum neque uidere
illum. id est contemplari splendorem gratie
testamenti noui quod est euangelium.
Sicut filii isrl uelatam faciem moysi id est
legis ueteris testamenti testamenti
nouum in eius contemplatione aspicere
non potuerunt. Et ego inquid flebam
multum quod nemo dignus inuentus
est aperire librum nec uidere illum.
Fragilitatis et humanitatis conscius
flebat hic scs quod in electis prouidebat
neminem esse tam dignum qui per hec
omnia intellegeret. ut consideratione
conspiceret. Nunc autem electi plan
gunt honeratum et grauatum in ploratu
sui redemptionem. Et unus de senioribus
dicit mihi. ecce uicit leo de tribu
iuda radix dd aperire librum et
sigilla eius. unus ex senioribus corpus totum
prophetarum dixit. prophete conso
labuntur electum precipuarum nunquam
tantum xpo de tribu iuda radicem dd. qui in
plerer diuolumtatem et electum redi
meret. Non enim obscurat quod iohanne
quod est omnis effectu figurarum. Hec post
xpi passionem hostensa sunt que ante
passione facta sunt. Omnis enim qui
recte credet xpm. uidet aquam preparatu
lum factum que aducnoua ueteri
sunt. que ante dominum ueteri facta sunt.

UVA.BHSC

et sic cognoscis p scripturas nouissima
prima. et prima nouissima. hec omnia
in xpo erat referuntur quia nos non pote
ramus salui esse nisi p xpm. Sicut scriptum
est. Quum adhuc essemus peccatores xps pro
nobis mortuus est. multo magis ergo iusti
ficati in sanguine eius salui erimus p illum ab
ira. sequitur et discribit. quomodo et
ubi uicerit ut uincit leo de tribu iuda.
Propterea enim presentat referta cum futura
promiserit. quia subtiliat sps in specie
gesti abscondit et presentat futurum de
monstrat. Sicut iacob filiis suis quic
quid eis futurum erat presentibus in bene
dictione demonstrauit. Et uidi in me
dio throni quattuor animalium et
in medio seniorum agnum stantem
quasi occisum. habentem cornua sep
tem et oculos septem qui sunt septem
sps di missi in omnem terram. Ecce ap
tissime demonstrauit dnm nrm ihm
xpm qui non mortuum. sed quasi occisum
propter passionem et resurrectionem dixerit
mortem. Et in medio throni se uidisse hoc
dicit. id in potestate et magnitudine
deitatis. Et quattuor animalium
quod intellegitur quadrifido euangeliorum
ordine et in medio seniorum hec est legis
et prophetarum ut apostoli corus adsignat
ibi hunc agnum non occisum sed tamquam
occisum id qui et mortem uicerit et calcul
cauerit passionem se uidisse testatur.
Sed quia patriarchas prophetas et
apostolos ecclesiam diximus et hanc ecclesiam
corpus esse summi capitis xpi. hec membra
cum capite aliquando in scripturis uni

agnus nuncupatur. aliquando specialiter
xps. aliquando generaliter omnis ecclesia. et quod
olim caput passus est. nunc in ecclesia pa
titur p membra quia suam ecclesiam induit
que in illo uelut occisa est. Et eo tempore
occiditur in ecclesia pro xpo ut cum eo uiuat
in eternum. Nemo autem putet solos apostolos
tantum martyres esse mortuos pro xpo. et tantum
cessasse martyrium. et persecutores in ecclesia
non esse. Et eo tempore martyres fuerunt et
persecutores. et nunc martyres sunt et perse
cutores. Duo quippe genera sunt martyrii.
unum aperte p gladium aliud in occulto
p patientiam. Et hi sunt filii apostolorum
quia eodem spu geniti sunt. persecutores
uero horum filii sunt eorum qui illos occide
runt quia eodem spu geniti sunt et xpm
in familia eius occidunt et agnus semp stans
in medio seniorum p capita et usque in finem
scli in membris occiditur. De talibus enim
apostolus dicit. apud illos xpm specialiter
crucifigi. quum quum hoc aperte non
esset manifestatum dicens. O stulti ga
lathe. qui uos fascinauit ante quorum oculos
xps crucifixus est. hoc autem talibus patitur
ecclesia usque in finem quod passus est ab iudeis.
Necesse est enim semp filium hominis in hierusalem
ire. et multa pati a senioribus et principibus
sacerdotum et scribis et occidi. et post ter
tium diem resurgere. principes uero quid dicit
potestates huius scli ut sacerdotes qui
recte in ecclesia uiuere nolunt. De his scrip
tum est. maior seruiet minori. Et stultus
seruiet prudenti. quia cum sufferre scis
contumelia princeps minori seruire
dicitur. Hic agnus semper dicitur.

UVA.BHSC

et a passionem fecit uniti stauri peccatauit.
Habentem inquid cornua septem et oculos septem. In cornibus potestas et uirtus xpisti est.
In septenario numero mundi uniuersitas signatur. quem potenter regit. et cui potentissime dominatur. Oculos septem dicit spiritus sanctus id est sanctum spiritum septem uirtutibus gratiarum eorum munere in domino ihesu xpisto significat. sicut scriptum est. Ihesus plenus spiritu sancto. De hoc spiritu dona ecclesie sue distribuit per gratiam, et donationes. Non est enim in homini terra qui possit habere spiritum dei. preter gratiam. Et uenit et accepit de dextera sedentis supra thronum librum. Sed quia accepisse dicitur diligentissime considerandum est unde dicendum.
Reuera agnus id est homo adsumtus quia pro nostra salute semortem tradi uoluntate dignatus est. hic accepit librum id est potestatem operum dei. de dextera sedentis in throno a deo patre cuncta suscipit sicut ipse dicit. Omnia que habet pater mea sunt.
Tunc accepit hunc librum quando resurgens a mortuis misterium a seculis absconditum animatus ostendit et pate fecit in mundo. et dedit potestatem ecclesie dicens. Sicut misit me pater et ego mitto uos. et quod ipse in illis perficit ut quod donat sic dicit.
Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et quum accepisset librum illa quattuor animalia et uiginti quattuor seniores ceciderunt ante agnum. Id est ante illum xpistum qui cum ipso agno sedet ad dexteram dei.
Toti et animalia et seniores hoc adorantes agnus sunt. Ista cadunt ante agnum. id est xpistum incarnatum qui mortuus est et resurrexit. Sequentes uestigia eius humiliter in penitentia qui cadere dicuntur.
Habentes singuli cytharas id est corda laudantium et fialas aureas. hec sunt uasa in domo magna. uasa. animas sanctorum sunt. plenas odorum que sunt orationes sanctorum et cantabant canticum nouum. coniunctam uetere testamenti predicationem cum nobo populo xpistiano ostendit. cantantes cantica cum nouum id est confessionem suam publice confitentium. Nouum est dei filium hominem fieri. Nouum est enim cum corpore ad celos ascendere. Nouum est remissionem peccatorum omnibus dare. Nouum est spiritu sancto signare hominem. Nouum est sacerdotium accipere sacre obseruationis et regnum et peccatum in mense promissionis.
Cythara enim in ligno extensa significat carnem xpisti passionis ligno coniunctam siue et fidelium sanctorum corda laudantium.
Fialas confessionem et noui sacerdotii propugnationem. angelorum autem multarum immo omnibus salus et testimonium uniuerse creationis domino nostro referentium. gratulationem reuelationis omnium declarationis.
hec fiale ipsius sunt uasa in domo magna. que cantant canticum nouum. Dicentes dignus es domine accipere librum et aperire signa eius quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et populo et lingua et natione et fecisti nos deo regnum et sacerdotes et regnabimus in terra.
hostendit animalia et seniores ecclesie esse.
Dum dicunt redemisti nos in sanguine tuo. ostendit in quo celo sint ista animalia et seniores. Dum dicit fecisti nos deo nostro

regnum et sacerdotes· et regnauimus sup(er) terra·
hostendit preterea pecctum accipere librum
In xpo dum sedem patri· et homini pplo et tribu
et genti et lingua non dicunt dignus
est et accepisset· sed dignus est accipere·
que enim accepit In xpo omnem potes
tatem In celo et In terra cum resurge
ret Ipsa accepit usque In finem pbubatim
resurgens et xpo semp(er) uidens· et dns In
eu perfectio quod In quo uiuit·
Et Ipse conuitur In eu quam coronat·
Nicil est enim quod fecerit· uita habeat
sine suo corpore· Et uidi et audiui
uocem angelorum multorum circa
tronum et circa quatuor anima
lia et circa seniores· Quid sit tronus
animalia seniores In eorum medio uocem
audiuit hostendit· hu angeli sci In
tellegunt· Sicut enim filii di dicun
tur quare non dicuntur et angeli·
Et erat numerus eorum miriades
miriadum· et milia milium·
miriades grece dicuntur· quod est milia
milium· uel Innumerabilium·
Dicentium uoce magna· dignus est
agnus qui occisus est accipere potes
tatem et diuitias et sapientiam
et fortitudinem et honorem et gloriam
et benedictionem et omnem creaturam
que In celo et que In terra et sub terra
et in mari et que sunt In eis· Num
quid de dno dixerunt dignus est agnus
qui occisus est accipere diuitias et sa
pientiam cum Ipse sit tesaurus omnium
et sapientia di· Sed quia pecctu menbra
est et unsit In capud dicens· et omnem

creaturam que est In celo et In terra·
quam uis nec hoc durum sit accepisse
pectu· accepit certe cum eius misericordia·
Si durum est habere menbra quod habet
capud nec Illud luctatum potest uideri
quod dicit pectu· dignum se omni creaturae·
Quia etsi unum quodque menbrum religiosa
humiliatur· In hoc mundo se Indignum
Iudicat· totum tamen corpus putat
capiti esse dicimus capitis sui· Sicut
scriptum est cum Illo omnia nobis donu
it· Omnis Inquid audiui dicentes sedenti
In trono· Id est patri et filio et agno
Id est pecctum· Benedictio et honor
et claritas et potestas In secula
seculorum et quatuor animalia dice
bant amen et seniores ceciderunt
et adorauerunt· Pecctu itaque dicit
amen eadem animalia sunt seniores
qui post quam perhibuerunt testimo
nium dicentes amen· Adorant
discriptum pecctum et ebs officiis dis
cribet· et ita ultimo usque In finem·
Resignatio sigillorum ut diximus·

FINIT:

UVA.BHSC

INCIPIT LIBER QUARTUS
DE SEPTEM SIGILLIS

Et uidi quum aperuisset agnus
unus ex septem sigillis. audiui
unum ex quattuor anima-
libus dicentem sicut uocem
tonitrui: Ueni et uide. Et ecce
equus albus et qui sedebat super
eum habens arcum et datum est
ei corona et exiit uincens et
uinceret. Et quum aperuisset
secundum, audiui secundum animal
dicens: Ueni et uide. Et exiit alius
equus rufus, et sedenti super eum
datum est tollere pacem de terra
et inuicem se occiderent. Et datum
est ei gladius magnus. Et quum ape-
ruisset tertium sigillum audiui
tertium animal dicens: Ueni et
uide. Ecce equus niger, et qui se-
debat super eum habebat in manu
sua stateram. Et audiui uocem de
medio quattuor animalium di-
centium: Bilibris tritici denario,
et tres bilibres ordei denario,
uinum et oleum ne leseris. Et quum
aperuisset quartum sigillum,
audiui quartum animal dicens:
Ueni et uide. Et ecce equus pallidus,
et qui sedebat super eum nomen illi
mors, et infernus sequebatur eum.
Et data est ei potestas super quartam
partem terre interficere gladio, fame,
morte et bestiis terre.

EXPLICIT STORIE QUATTUOR EQUORUM

UVA.BHSC



UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO

QUATTUOR EQUORUM.

Aperto primo sigillo cum dicit
se vidisse equum album et equitem
et coronam et habentem in manu
arcum. hoc enim primo factum est.
Postquam enim ascendit in celos dominus et
aperuit universa misit spiritum sanctum cuius
verbo predicatores. tamquam sagitte
ad cor umanum pergentes ut vincerent in
credulitatem. Coronam autem super ca
put predicatoribus est repromissum. per spiritum
sanctum. Ideoque ait. unum de animalibus
dixisse quia omnia quattuor unum sunt.
Veni et vide. veni dicitur invitato ad
fidem. vide dicitur ei qui non videbat.
Ergo equus albus verbum est predicationis cum
spiritu sancto in orbem missum. Ait enim dominus
predicabitur hoc evangelium per totum
orbem terrarum in testimonium hominibus
gentibus et tunc veniet finis. Et quum
aperuisset sigillum secundum audivi ani
mal dicens. Veni et vide. Et exiit
alius equus roseus et sedenti super eum
datum est tollere pacem de terra ut in
vicem se occiderent et datus est ei gladius.
Equus roseus et qui sedebat super eum habens
gladium bella futura significat futura.
Sicut in evangelio legimus. Surget enim gens
contra gentem et regnum adversus regnum
et erunt terremotus magni. Gens quod
dicit contra gentem id est populus surgit contra
populum. Regnum vero adversus regnum id est
ecclesia adversus ecclesiam quia illi qui sub
nomine religionis se simulant ecclesiam semper
contra ecclesiam pugnant. hi in equo roseo
sedentes contra eum vincentem in equo albo vincentemque
ecclesiam que eum expugnant contra eunt.
Quia cum eis scribuntur qui ut pestes sanguinem
innocentem fundunt. Sic generaliter
in equo roseo in specie absconduntur
que in uno membro equus roseus nuncu
patur. hic equus pestes simul et dicitur.
et sessore suo diabulo sanguinulentus.
Quem vidit et propheta Zacharias equum
domini roseum dicit. Sequitur et discri
bit speciem omnem corpus martyrum. sed
ille suo sanguine est rubeus iste vero alieno
cruentatus est gladius magnus tollere pacem
de terra. Re vera suam pacem tollet
quia sponsum suum in terram habet.
Ecclesia vero eternam pacem quam ei
Xps relinquid cum dicit. Pacem meam
do vobis pacem meam relinquo vobis.
Gladium autem generaliter in omnis dicit
non solum ut per hoc cisionem sed
et quam spatiatis unus alteri peccatum plus
mortis occidit. Per persecutorum enim
mortis. sive in eos quos in morte sive quos
in vita in sacrificia et alterum diabolo
id corpus eius invicem multa forma et oc
cidit dum ad mortalia alter alterum pro
vocat. Ipsius gladii in aius ut fortis.
Et quum aperuisset tertium sigillum
audivi tertium animal dicens.
Veni et vide. Ecce equus niger et qui
sedebat super eum habebat in manu sua
stateram et audivi vocem de medio quat
tuor animalium dicentem. bilibris
tritici denario et tres bilibres orde[i]

UVA.BHSC

nario uinum et oleum ne leseris. Equus
niger famem significat in tota ecclesia spiritalem,
eo quod per malos prepositos uerbum predi
cationis paruulis minime prebetur.
sicut scriptum est. Paruuli petierunt
panem et non erat qui frangeret eis. Et
quia dominus suum corpus per mundum
habet diffusum, ut eum semper ostenderet
ita, et unam famem per loca. Proprie autem
protenditur uerbum usque ad antichristi
tempore, quando grandis famis est futura
quando et omnes ledentur. Statera autem
in manu libra est, quam minus in qua sin
gulorum meritum ostendit id est libratio
simul libratione cum foris ostendit
quod intus non habet. Ita enim uinum
et oleum ne leseris. Dum autem in medio
animalium dicitur ne leseris ostendi
tur in toto corpore esse simulatione sancti
tatis qui corpus spiritale ledit.
Quia infirmus mentis ad suum secum
perducit. Quum enim dicto ne leseris
ac si dicat hominem spiritalem ne plagis
percusseris. Describit enim misterium
facinoris et spiritu nequitie in celes
tibus quibus non permittatur neque in se ipsis
ulcisci neque in aliis obseruantibus uite
sacramentatorum posse uiolare. Oleum
uero et uinum hunc actionem et unguinem
domini dicit. In quem fuerit ledi minime
posita. In tritico autem et oleo corpus
dixit siue in magnis siue in minimis
id est siue in episcopis et presbiteris. Non est autem
tritici una bilibris a quibus. Bilibris enim
unius modius est. Et ideo bilibris tres modii
sunt, quia et unitate perfectio est.
in

et in trinitate similitas. Sicut dominus in
farine mensuras tribus id est tribus
modiis fermentum dicit absconditum.
Quod si hoc in misterio non esset, non debue
rat dicere absconditum. Nec publicum
euangelistarum farine mensuram nomi
nauit. Ostendit fermentum id est doctrina
de modico omnem populum sub numero quod
est trinitas implere. Sed et per triticum
docet unum esse triticum et ordeum.
Si enim pusilli sunt et magni quod meritum
in scientia uirtus precellat, ulterius utique uno
denario id est perfecto pretio redempti sunt.
Quod si grauitatem per spiritum donationis dei
scientiam intelligitur, per triticum autem equalitatem
et meritum. Siue magnos et mini
mos id est episcopos et presbiteros uno corpus ostendit.
A presbiteri et quum in ordeo figurate sunt. Quum
reliquie operum Christi fuissent duodecim
cofini, qui sunt corpus prepositorum id est
apostolorum et omnium episcoporum qui in
apostolorum numero nuncupati sunt.
Et post prepositus separatim sporte que
sunt corpus separatim omnis ecclesie. Uterque
enim numerus sanctus est et utrumque perfectum
numerum dixit. Nam et cofini et sporte
plene reliquiarum ostendit operationis
Christi reliquias, id est nouissimi temporis
ecclesie. Uariae in episcopis siue in presbiteris nullo
modo possit minorari. Sicut secundum
Iohannem iussit colligi ipsi reliquias nihil
omnimode perire. Quod si aliquis calum
niator contra hec dicat. Quid enim
sic certum uirtutem non de ordeo et
de tritico sufficiebat pro reliquiis sporte
superuisse sportas. Nobis tamen magis

UVA.BHSC

propheta ultima curiositas uerum que
mea tamen. nunc est complectum in ecclesia.
...ua in ordeo crescendia duodecim
...los lau et in tetragono septem forme
pitos. ubique enim septenarius numerus
plenitudo est ob rei de qua agitur.
Sicut in figura ecclesie substitit parte
quarta ut dictum est. Reliqui mihi
septem milia uirorum qui non curbauerunt
genua baal. In quarto equo discribit
simulationem et ypocrisin manifesta
tum. Et cum aperuisset quartum
sigillum audiui quartum animal
dicens. ueni et uide. Et ecce equus
pallidus et qui sedebat super eum
nomen erat ei mors. et infernus seque
batur eum. et data est ei potestas
super quartam partem terre interfi
cere gladio. fame morte et bestiis
terre. Due partes sunt in mundo. pars dei
et pars diaboli. Nam diaboli pars in
duas diuisus est partes. id est in xpianis
et paganis. Que licet he partes contra
unum pugnant id est ecclesiam. propterea ecclesia
uocata est catholica. pars et falsi fratres in ea
ecclesia est ... atque et gentilitas
foris ecclesia est que dicitur atque. quos
in sequenti loco aperte quis manifestabimus.
Quia unde quum ubique homo peccat. reue
latur et publice manifestatur filius perdi
tionis antexpi in his tres partes. in
ecclesia que parte reuelatum est et ubi tres
partes uidebantur. hanc quartam partem in
ecclesia manifestauit est. Id est ecclesia genera
liter scisma et falsi fratres. Non enim omne
..., uomet ecclesia sed aliquos aperte

multis ad hortandam dudum orbi quia nouissima
persecutionis. Certe ypocritas et scismatica
unanimitas et colligat licet spiritaliter foris
sint tamen intus ... uidentur.
Opportet enim et alis in ea ecclesia esse ut et
probati manifesti fiant. Illius ergo loci
in quibus due partes uidentur. id est ecclesia gen
talitas. ipsa aliquos tres partes sunt ipsi
nos autem quattuor sunt. De quibus uaquis
tionis nodum soluens aurem cordis apponit.
Nempe et enim duo uidentur esse in mundo
id est baptizati et pagani. que utraque
partes aperte intus se in fide discernunt
et una foris alia intus esse uidentur.
Quum ob rem hec pars que intus esse uidentur
et generalis ecclesia nominatur. De hac ge
nerale ecclesia que uniuersa esse uidetur
tres partes maiores non esse dixerunt et
ea que lum foris prolatimus. De his tres
partes que intus uidentur esse una est
dei. due uero diaboli. Scisma est et
falsi fratres et ecclesia est que est pars dei.
Has due partes intro uidentur esse sed foris
sunt. Certe est scisma in aliquibus pro
uinciis. sed tamen in unum ciuitatem
tamen non multo plus. Nonne hos dicis
que per uniuersa prouincias loca sancta
occupauerunt et polluerunt que ipse
putatur ecclesia. Nec ceteras tres ecclesie
partes tamen d. uero scilicet que generale
ecclesia ... heretici et numero suo non com
putauit sed solum scisma et falsos fratres.
Iam supra diximus scisma abscisura nomi
mon uocatur. Licet credit et ... unita
sicut ceteri sancti. sed suo consilio unito
et ab ecclesie sanctis delectatur separari

UVA.BHSC

consilio. Fuit autem semper ypocrita nominatus.
sed neque ipse aperte peccatum debuit facere.
sed sancti uideantur esse et sancti non sunt.
Non ideo autem ypocrisis diaboli pars non
est, pro quia peccatum non aperte debuit facere
quum aperte fit dicitur. Totum uirtus dia
boli contra sanctos spiritus est et in spiritu nequi
tia consistere. Et dominus in euangelio pro
eadem causam aperte nos admonet.
Exurgent inquid pseudo christi et pseudo
prophete et dabunt signa magna et pro
digia, ita ut errorem inducant si fieri potest etiam electi.
Ecce autem tibi predixi uobis. In hunc
ergo quartum partem datur potestas
diabulo. sedentem super equum pallidum
qui est populus mortuus interficere gladio
et fame et morte et bestiis terre. Gladio
aperte dixit occisione. Fame autem et
morte spiritalem esse in terra peccatum quod
aliquos illuc sine recordatione defunctos
mortem et ipsa quarta de lectione.
Ceterum uero de peccata qui interficit eos captiuos
se in gentes cunctam plenum uite spe [illegible]
purgationem perduellum promisit
ut quasi aurum in igne probaretur.
Ceteris autem omnibus malis hominibus dixit
illam et aliam quartam esse in terra et cetera.
Et ab his bestiis ceteros sub nomine xpiani
[illegible]. qui scelerati esse dicuntur omnes
omnino accipiunt quia non tantum
potestatibus solis que adeo ordinata
sunt, sed omnibus omnino malis quam ceris
[illegible] sunt. Sicut propheta
dixit. Memoratus bestiis animas
confitentium tibi. Haec quattuor
partes in istos equos sunt. Unde et ab his
datur in omnibus malis subiectis formu

las peccatorum in mortem datum. Ita
autem isti equi unum sunt qui quia [illegible]
unde albus est et contra album pu
gnant. et unum sessorem habent
diabolum qui est mors sicut et nomen
ipsius dictum est. Ubi hic quarta
latur dixit datum gladium ma
gnum. cuius equitatis ut gladii species
discripta in duobus [illegible] in nigro qui libram
tenet et ledit a [illegible] simulatio
nem que est operum tenebrarum.
In albarum uero reuelatum ypocrisin [illegible]
simulationem que est abominatio
uastationis occiderit gladio fame
et bestiis terre. et in istorica ubi hec
fieri et quartam intelligimus. non eo sit
quod ypocrite reuelantur qui tamdiu
cum peccatu appellantur reuelati sunt.
Sed quod in istorica geritur exemplum
est, porro futuram reuelationis ante
christi. qui nunc sub libra [illegible] sub religione
manu proluat opera iniquitatis [illegible]
Ypocrisis autem subtilis est. et uix supi
[illegible] deprehenditur. Ypocrisin autem
non potest dici de quo forsitan scientia.
Hos ergo sequitur infernus qui cum
[illegible] post huius operis con
summationem. Hos autem equites
diabolos esse et suos. sicut sigillo
manifestatur dum prelio altano
equos dicit congredi. Et Iohel pro
pheta de eodem populo ait. Sicut
uisus equorum facies eorum.
Sicut equi ita preparauerunt [illegible]
uox curruum super [illegible] equitum
[illegible] qui est peccatu [illegible]
cuius propheta [illegible] esse [illegible]

UVA.BHSC

et paret esse in mundo dicit Iohannes et
sub altare. Et ipsos equos multos
domino sacrificaturum. Sicut ait:
Numquid in fluminibus irasceris Domine, aut
in fluminibus indignatio tua, aut
in mari impetus tuus? Qui conscen-
des equos tuos et equitatio tua
salus. Incitando incitabis super sceptra
et posuisti in mari equos tuos turban-
tes aquas multas. Hic
est unde quod in equo
pallido in terra [illegible] [illegible]
post [illegible] dominus.
uictoriam [illegible] magnus
et mortalis [illegible] spiritalis.
Quem autem dicit et infernus
sequebatur eum terra est
post acta devorationem
animarum impiarum.
Hic est equus pallidus.
Quartum autem signo indicat
animas cum iniquitatem
partem quam in hoc mundo
occisorum. Secundum dictum posita
lux vindictam. Et hoc modo
hostendit a novissimo idem tempore
persecutionum dicentes: quo-
usque non iudicas. Et modicum
super esse dum modico adhuc tem-
pore quo persecutor laborat.
Nam ipsa quintum iudicia no-
vissimum certamen insequitur.

EXPLICIT EXPLANATIO
QUATTUOR AEQUORUM:

INCIPIT STORIA DE ANIMAS OCCISORUM:

Et quum aperuisset quintum
sigillum, vidi sub ara
dei animas interfectorum
propter verbum dei et propter
testimonium Ihesu Christi
quod habebant. Et vocem
magnam dicentes: Quo-
usque Domine sanctus et
verus non iudicas et vin-
dicas sanguinem nostrum
de his qui habitant in terra?
Et date sunt illis singule
stole albe. Et dictum est illis
requiescant adhuc breve tempore
quousque compleatur numerus con-
servorum eorum et fratrum eorum
qui occidendi sunt et ipsi.

FINIT STORIA:

UVA.BHSC



UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTA STORIAE IN LIBRO IIII

Et quum aperuisset hic quid quin-
tum sigillum uidi sub ara dei ani-
mas occisorum propter uerbum
dei et testamonium Ihesu quod habe-
bant. Animas occisorum uidisse
sub ara dei id est sub terra. Ara enim
et celum et terra dicitur. Sic lex
ait. Imaginaria ueritatis facie
medianete quid uis aris aureus in-
trinsecus et extrinsecus fecerunt.
Nos autem intellegimus aram dici domino
nostro nobis testamonio perhibente.
Ait enim. Quum offers munus tuum
ad aram. ut utique munera nostra ora-
tiones sunt que offerimus. Et ibi recor-
datus fueris habere aliquid cum fra-
tre tuo aduersus te relinque ibi munus
tuum ante aram. Utique ad celum
ascendunt orationes. Si ergo celum
intellegitur ara aurea que erat in-
terior num et sacerdotes semel in
anno ingrediebant qui habebant cris-
mum ad aram auream. Signifi-
cante spiritu sancto xpistum. hoc semel fac-
tum. Sicut ara aurea celum
agnoscitur sic et ara erea terra in-
tellegitur. Sub qua est inferni remota
a penis et leniis regio et requies scorum.
In quo quidam ab impiis uidentur et
audiuntur lucta. et nec illic transire
uetante possunt. Hoc ergo tantum
id est animas occisorum que propter uin-
dictam sanguinis sui id est corporis sui
debilitant sub terram. uoluit
nos cognoscere qui omnia uidet.

Sed quia in nouissimo tempore et scorum
remunerationem perpetuam et im-
piorum uindictam est damnationem dic-
tum est eis que propter eam pro corporis
sui solutio. Et date sunt illis stole
albe. et dictum est illis ut requies-
cant adhuc breui tempore quousque
compleantur numerus conseruorum
eorum et fratrum eorum qui occidentur
sicut et ipsi. Hoc ergo nobis sollerter
inuestigandum est quid sit quod dicitur ad
animas loquatur aut anime scorum
ad deum aut angeli ad deum loquantur
aut deus ad angelos. aut ad diabolum
deus loquatur cum dicit unde uenis.
aut diabolus ad deum respondeat cum
dicit. Circuiui terram discutiendum
quippe est quomodo sit hec loquutio.
Neque enim ut a domino in quo sumus ut qui incircum-
scriptus est spiritus ut ad naturam qui nulla
est carnea natura uetatur humano
modo aeris flatus folle uenarum uocatur
ut postquam queritur sui ei [illegible] oratio-
nis redduntur. sed dum natura [illegible] in ui-
sibili natura inc[illegible] [illegible] loquatur.
Dignum est ut mens [illegible] qualitatem
corporee locutionis excedens ad sub-
limes atque incognitos modos loquutio-
nis intime sui perducatur. Nos namque
ut exterius interius exprimimus.
Et hec postquam quaerimus per canales
uocis elicimus. Alienis quippe oculis intra
secretum mentis quasi posita pariete
corporis stamus. Sed quum manifestare
nos met ipsos cupimus quasi per lingue ia-
nuam egredimur ut quales sumus interin-
secus ostendamus. Spiritalis autem natura
non ita est que exterius et corpore con-

UVA.BHSC

corporeae duplicitatis non est. Sed tamen
sciendum est quia ipsa etiam natura in
corporea cum loquitur eis locutione quam-
quam unam ad easdem qualitates format.
Aliter enim loquitur deus ad angelos. aliter
angeli ad dominum. Aliter deus ad sanctorum animas.
aliter sanctorum animae ad dominum. aliter deus ad
diabolum. aliter diabolus ad deum.
Nam quia spiritali naturae corporeae
oppositionis nihil obstat loquitur deus
ad angelos sanctos. ipso quoque horum cordibus
occulta sua invisibilia ostendit.
Ut quicquid agere debeant in ipsa con-
templatione veritatis legant. et ve-
lut quaedam praecepta vocis sint ipsa
gaudia contemplationis. quasi enim
audientibus dicitur quod videntibus inspi-
ratur. Unde cum eorum cordibus deus contra
humanam superbiam animadversionem
ultionis infunderet dicens. Venite
descendamus et confundamus ibi linguas
eorum. Dicitur eis qui ad aeterna veniunt.
quia nimirum hoc ipsum numquam a
divina contemplatione decrescere in
divina contemplatione semper accre-
scere est. et numquam a corde recedere.
quasi quodam subtili motu est semper
venire. Quibus dicit. Descendamus et con-
fundamus linguas eorum. Ascendunt
angeli in eo quod creatorem conspiciunt.
Descendunt angeli in eo quod creaturam
sese illicitis erigentem competentis distric-
tionis premunt. Dicere ergo est descen-
damus et confundamus linguas eorum.
In semet ipso eis hoc quod recte agunt
ostendere. et per vim internae visionis
eorum mentibus cohibenda iudicia oc-
culta motibus inspirare. Aliter lo-
quuntur angeli ad dominum sicut per hunc
Iohannis apocalypsin dicitur.
Dignus est agnus qui occisus est accipere
virtutem et sapientiam et divinitatem.
Vox namque angelorum est in laude con-
ditoris ipsa admiratio internae con-
templationis. Virtutis divinae mira-
cula obstupuisse dixisse. Quia commota
cum reverentia motus cordis magnus est
ad aures incircumscripti spiritus clamor
vocis. Quae vox se quasi per distincta verba
explicat dum sese innumeros modos ad-
mirationis format. Deus ergo angelis
loquitur cum eis voluntas eius intima
videnda manifestatur. Angeli autem
loquuntur domino cum per hoc quod super semet
ipsos respiciunt in motum admirationis
surgunt. Aliter deus ad sanctorum animas. aliter
sanctorum animae loquuntur ad dominum. Unde
Iohannis rursus apocalypsi dicitur.
Vidi subtus altare animas interfectorum
propter verbum dei et testimonium Ihesu quod
habebant et clamabant voce magna di-
centes. Usque quo domine sanctus et verus non
iudicas et vindicas sanguinem nostrum
de his qui habitant in terra. Ubi
illico adiungitur. Datae sunt illis singulae
stolae albae. et dictum est illis ut re-
quiescerent tempus adhuc modicum
donec impleatur numerus conservorum et fratrum
eorum. Quid est enim animas vindictam
petentium dicere. nisi diem extremi
iudicii et resurrectionem extinctorum
corporum desiderare. Magnus quippe
eorum clamor magnum est desiderium.
Tanto enim quisque minus clamat

quanto magis desiderant · et tanto mi-
lorem uocant In uiuis Inscriptum scriptura
spiritus et primam quantocius Inest deside-
rium plenius fundit · Animarum
loquitur uerba Ipsa sunt desideria ·
Nam si desideria sermones non essent ·
propheta non diceret · Desiderium
cordis eorum exaudiuit auris tua ·
sed cum aliter moueri soleat mens quae
petit · aliter quae petitur · et sanctorum
animae · sic In secreto sinu dei
Inherent ut Inherendo quiescant · quo-
modo dicuntur petere quas ab Interna
uoluntate constat · nullatenus discre-
pare · quomodo dicuntur petere ·
quas et uoluntatem dei et ea
quae futura sunt non Ignorare ·
Sed In Ipso posite ab Ipso aliquid petere
dicuntur · Non quod quidquam de-
siderant quod ab eius quem cernunt
uoluntate discordat · sed quo mentis
ardentius Inherent · eo etiam ab Ipso
accipiunt ut ab Ipso petant quod
eum facere uelle nouerunt · De Ipso
ergo bibunt · quod ab Ipso sitiunt ·
et modo nobis adhuc Incomprehensibili ·
In hoc quod petendo esuriunt prae-
sciendo satiantur · Discordarent
ergo a uoluntate conditoris si que
eum uiderent non uelle et peterent
atque minus · Inhererent · si uolentem tardiore
desiderio pulsarent · quibus
responsum diuinum dicitur · Requie-
scite tempus adhuc modicum donec
compleatur numerus conseruorum et fratrum
uestrorum · Desiderantibus animabus requie-
scite adhuc modicum dicere est · In-
ter ardorem desiderii et Ipsa prae-
scientiae solatia consolationis ac-
cipere · Vt et animarum uox sit · hoc
quod amant desiderant · et respon-
dentis dei sermo · hoc quod eis retributio-
nis certitudinem Inter desideria con-
firmat · Respondere est etiam · ut collec-
tionem fratrum et peccatorum debent · eorum
mentibus liberati et peccatorum motus In-
fundere · Vt quorum carnis resurrectionem
appetunt · eorum et congaudentium
fratrum augmento gratulentur · Aliter
deus loquitur ad diabolum · aliter diabolus
ad deum · Loqui enim deo est ad diabolum ·
uias eius uenenosae actionis · aduisionem
occultae discretionis Increpare · Sicut
Illi dicitur unde uenis · Diaboli autem
ei respondere est · omnipotenti maiestati
eius nihil posse celare · Vnde et dicitur ·
circuiui terram et perambulaui eam ·
quia sic ei enim dicere est · quid egerit
scire quod lateat suos Illius oculus oc-
cultare non posse · Sciendum uero est ·
quia sicut hoc diximus loco quattuor
modis loquitur deus ad diabolum · tribus dia-
bolus ad deum · quattuor modis loquitur deus
ad diabolum · quia et Iustas eius uias et Iniqui-
tatem electorum suorum contra Illum Iustitiam pro-
ponit · sicut ait · Considerasti seruum meum
Iob quod non sit ei similis super terram ·
Et temptandum eorum Innocentiam conce-
dendo permittit · sicut dicit · Ecce uni-
uersa quae habet In manu tua sunt ·
Rursumque eum a temptatione prohibet cum
dicit · Tantum ne extendas In eum
manum tuam · Tribus autem modis loquitur
diabolus ad deum · cum uel uias suas Insinu-
at · uel electorum Innocentiam fictis crimi-
nibus accusat · ut temptandum eandem Inno-

UVA.BHSC

nocentiam postulat. Unus quippe suus
insinuat qui ait: Circuiui terram et p
ambulaui eam. Et dicit de innocentia
accusat, quum dicit: Numquid frustra
Iob timet Deum? nonne tu uallasti
eum et domum eius uniuersamque sub
stantiam per circuitum? Clamantem
etiam ad deum innocentiam postulat cum dicit:
Extende manum tuam et tange cuncta
que possidet nisi in faciem benedixerit
tibi. Sed dicere dicitur unde uenis?
sicut et supra insinuauimus.
Uisus lucratque lamenta mulieris
eius increpare dicere dicitur: consi
derasti seruum meum Iob quod
non sit similis ei in terra. Ualde
elegit eos suos lucrificando facere
qualibus nimirum aposthata
angelus possit inuidere. Dicere
dei dicitur: Ecce uniuersa que habet in
manu tua sunt. ad probationem
fidelium contra eos occultabit. in
cursum illum sue malitie relaxare.
Dicere dei dicitur: tantum in eum ne
extendas manum tuam. ab immo
derate temptationis impetum
eum et quem permittendo restringere.
Dicere autem diaboli dicitur circuiui terram
et perambulaui eam. uelocitatem
sue malitie inuisibilibus oculis oc
cultare non posse. dicere diaboli
dicitur numquid sine causa Iob timet
deum contra bonus in cogitationum
suarum latibula conspici eorumque
profectibus inuidere. utque innodando
reprobationis rimas quaereret.
Dicere diaboli dicitur: extende paululum
manum tuam et tange cuncta

que possidet ut fluctationem bonorum
malitie crebris uelare. quo etiam
et temptatione inuidens appetat
et illos quasi probationem deprecans
petat. Que igitur in alternarum
loquutionum modo sub certe diximus
ad intermissum paululum disputa
tionis ordinem reuertamur.

EXPLICIT EXPLANATIONE SIGILLI QUINTI:

INCIPIT STORIA SIGILLI SEXTI IN LIBRO QUARTO.

Et uidi cum aperuisset sextum
sigillum terremotus factus est
et sol niger factus est tamquam saccus cilicinus
et luna tota sanguis facta est
et stelle ceciderunt in terram sicut
ficus magno uento agitata amit
tit grossos suos. et celum recessit
ut liber inuolutus. et omnis mons
et insula de locis suis mota sunt
et reges terre et magistratus et diuites
et fortes et omnis seruus et liber abscon
derunt se in speluncis et in petris
montium et dicunt petris et mon
tibus: cadite super nos et abscondite
nos a facie sedentis super tronum
et ab ira agni. quoniam uenit dies
magnus ire eorum et quis poterit
stare.

Finit.

UVA.BHSC


hic sol obs
curabitur.
ubi stelle cecide
runt in terra.
et luna non
dabit lucem
suum.
dicent mon
tibus cadete:
super nos et
collibus quo

U.V.A.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO

SUPRA SCRIPTA STORIE

IN LIBRO QUARTO

Et vidi cum aperuisset
sextum sigillum et terremotus
factus est magnus et sol
niger factus est tamquam cilicium. In hoc
sigillo persecutio est novissima et sol
factus est niger ut cilicinus. Et luna
tota facta est sanguis et stelle cade
runt in terram. Sol luna et stelle ecclesia
est que lumen veritatis ministrat
quia sicut tenebris ignorantie dicun
tur et lumen scientie tamquam nuncupantur.
Aliter duas partes lumen et tenebras
in una ergo ecclesia videntur. Plurimi sapi
entes qui recte intellegunt, recte cre
dunt et recte operantur. Per tenebras
ignorantes intellegimus id est hereticos
hypocritas et ceteros malos et alios viden
tur esse quasi stelle eo quod scientiam
simulant et non habent. Et in his
duos ordines id est luminis et tenebre ita
dies et nox. Dies est ecclesia et nox igno
rantia. Quod dicit factus est sol niger tam
quam cilicinum id est incredulis obscura
bitur splendor doctrine. Quod est sol
hoc et luna hoc et stelle id est ecclesia.
Sed aliter potest intellegi. Totum
autem dicitur quia in toto orbe erit
novissimus terremotus dum venerit ad
ventus Christi. Ante adventum vero eius non
in toto mundo sed per loca, sicut scrip
tum est per loca ingens terremotus sol
niger fiet et luna sanguinea fiet stelle
celi cadent in terram. Hoc totum simi
litudo est ecclesie eo quod ad eam in sua
similitudine depictam venitur et cum
a bestia separantur obscurari et cadere
dicuntur. Similitudo plane ecclesie est
solis et lune et stellarum id est species et
religio falsa. Hec autem omnia Iohannes
sanctus in celo nostro ponit id est in ecclesia vidit.
In superiore enim celo quo imago pietatis
vocatur pietatis stellas videre non
poterit que sub celo sunt. Hec in ecclesia
modo agitur. In novissimo vero ante
Christi adventum luna quod dicit facta
est sanguis et ecclesia sanctorum honorandorum
pro Christo sanguine fundet. Stellas
quando dicit cadere id est fidelia pauperum.
Sicut ficus mittit vento agitata
grossos suos. Arborem fici
ecclesie comparavit que in superficie
permanentia est mundi quia sicut arbor
ficus multos habet pomos multos et [bonos]
malos. Solet enim ficus primatus gran
dis videri in arbore alios et multos ubi ma
turatos videris qui forsitan boni videbantur
sed delicati mali sunt. Mox vento
et pruina turbidi vento per aestum
terre cadunt. Pro ipsis dicit quemad
modum ficus agitata vento mittit grossos
suos id est ficos vanos qui boni videbantur
et non erant. Hoc totum quare dicit
quia multi sunt hypocrite et simulatores
intra ecclesiam. Quia in tantum pro tempore pro tem
pore videatur cum ecclesia. Sed mox persecu
tionis tempus advenerit ab ecclesia separantur ab
ecclesia sicut ficus vento agitata mitte
nt grossos suos. Et celum recessit sicut liber
involutus. Celum significat ecclesiam in celo
quem terremotu factum recessit id est de medio

UVA.BHSC

fieri litterae se sci solu nomen contineri sicut
liber involvitur. Liber enim involutus lit
tera in carmine scitur nisi quis sensus legatur.
Cum vero plicatur impossibile est eum legere
quam parum ut intellegere. Et si quis eum
non cognoverit licet pedibus conculcetur
aut ferro inciduatur nihil ei obest quia
pro nihilo computatur. Haec est ergo secta
inducenti ante Christi. Celum etiam in
volutum ut liber quia omnis scriptu
rarum predicamenta cessant. et sancti
qui eo tempore fuerint conculcabuntur
et ferro trucidabuntur quasi liber invo
lutus. sed ubi esse nec se obsequium prestare
deo non cognoscentes quod in libro intus
id in scientia. Et omnis mons et insule
de locis suis motae sunt. Caelum et montes
et insule hoc totum secundum unum dixit.
Fiat novissima persecutione ante Christi
omnem de loco suo recessisse. sed post
in utramque partem convertere id bonos
et malos. Quia boni pars mobebitur
de loco suo fugiens. et mali pars mo
bebitur de loco suo fugiens. ut sicut
firmati videbuntur habere. quia pub
lice penitentiam nolunt agere. sicut
supra dictum est. mobebo candelabrum
tuum de loco suo si non egeris penitentiam.
Et alibi. Transferentur montes in corde
maris. Montes apostolos dicit in mare
sanctorum. hortendit in persecutione con
fugere admonet. id eos qui de locis suis
recesserunt id est sancti qui in fide permanserunt.
Et reges terre et magistratus et tribuni
et fortes et omnis servus et liber. hos reges
et omnes quos dicit sancti sunt a minimo
usque ad maximo qui eo tempore fortes
fuerint in persecutione ante Christi non
timentes reges et potestatis nuncupantur
qui in pessimo collum non submittunt.
Ceterum qui tunc reges erunt in mundo prae
ter unum persecutorem ante Christum qui
ante eum fugiendo locum ceptionis et oc
cultationis querebunt sicut dicit.
Absconderunt se in speluncis et in petris
montium. hortatur non tantum per
picue istos quos videntes dicit sed Christum
et sanctos patres imploratur et suffragium
ubertim accipere potuerunt. sicut scrip
tum est. habitabit in spelunca petre
fortis. spelunca et petra unum est.
Et dicunt petris et montibus cadite super
nos et abscondite nos a facie sedentis
supra thronum et ab ira agni quoniam venit
dies magnus irae eorum. et quis poterit
stare. Cadete super nos. verbum est tanti
est in secreto affectum potuerunt et
quodammodo totum illum qui loquitur
in secreto in secreto exire deplorantes
sicut scriptum est. Cecidit super collum
eius et flevit. et alibi. Cadat in secreto tamen
super me. id est tantum in secreto me ad proph
endat usque consequat. Abscondite autem
dixerunt ut omo vetus et peccator
a dei oculos abscondatur. quia in
homine peccatore nunc latitat peccatum
et deus misericors semper ad penitentiam qui
peccat. Nos pericula dies peccamus
et ille pericula dies non iudicatur. et
in Deum peccatum nostra est et dat dei misericordio
nam contegit sicut scriptum est.
Beati quorum tecta sunt peccata. Pecca
tum enim tegimus cum bona facta multis
hactenus superponimus. et alibi. Caritas
tegit multitudinem peccatorum.
huiusmodi namque refugium dei manifestat.

UVA.BHSC

cum ablutum abscondi peccatores ostendit
dicens. Et nunc intrate petram et absco
dite uos in terram a facie timoris domini et a
gloria fortitudinis eius. Hunc autem
quem dicit saxum id corpus Christi. Numquo
modo in uelatum saxum nisi ipsum dicit
confringere saxum. Et legit omnia muni
menta abscondita. In foraminibus in speluncis
et in cauernis petrarum et in scissuras saxe
a facie timoris domini. cum surrexerit con
fringere saxum. Non idola dixit abs
condere sed ipsos homines qui in cordibus
suis idola portant. Et hoc modo idola
sepelire. id est ueterem hominem abscondere
et nouum induere. Et in Christo petram se abs
condere. Hic quasi recapitulat et iterum
persecutionem admonet. et omnes ad pe
nitentiam prouocat. Sequitur enim
et exponit idola expellere ut ipsi in petra
in portatum dicens. In illo enim die expellet
homo abominationes suas argenteas et
aureas quas fecerunt adorare uanas
et nocuas. ut in petra in cauernis solide
petre et in scissuras petrarum. Expellunt
enim idola inuisibilia. Intrant in petram.
id est publice conuertuntur et ueniunt
ad Christum ut illic idola inuisibilia que
corda possiderunt obruunt abscondunt
et perdelentur. id est dum hominem ueterem
Christo configimus ut in illo nobis inueniri pos
simus. Qui uero secundum ueterem hominem
id est exteriorem carnalem saxum domini id est
carnem Christi ingreditur neque in eo idola
spiritualia in abolitione sepeliunt. ipse
idolum est et non est absconditus
a facie timoris domini. Hos per [illegible]
dominus increpat dicens. Ululate sculp
tilia in Hierusalem. Et uero Iacob abs
condit et perdidit idola sua sub terebinto
usque in hodiernum diem. Que terebintus
enim corpus est domini ipso dicente. sicut te
rebintus extendit ramos. et filii magistri
mei pugnauerunt contra me. sicut
terebintus que amisit folia. Et alibi
in illa in quid die expellet homo idola.
Dicam totum tempus ex quo dominus passus est
dixit. Ex inde homines absconduntur
in saxum nouum. cum quasi resurre
xerit confringere saxum. Id est hodie
quando dominus ad passionem uenit mortem
gustauit et resurrexit in hunc petram.
Se Christo homines sancti absconduntur cum eis
exemplum relinquens ut eius uestigia
sequantur. Propterea dixit abscondi
in saxum cum surrexerit confringere saxum.
Notat quia in hoc sexto sigillo et recapi
tulatur ab origine de Christo ab eo loco
ubi dicit quod reges et potentes absconde
runt se in speluncis. Legimus in Dauid ubi ait.
Abscondit me in tabernaculo suo in die ma
lorum in petra exaltauit me. Omnem autem
dicit se abscondisse. sed non omnes abscon
duntur sed solum qui Christum cognoscit.
De quo loquitur dicens. Luna tota facta
est sicut sanguis. id est in martyrio preuenit.
Et omnis mons et insule de locis suis mota
sunt. Et omnis liber et seruus absconde
runt se in montes. Si autem pro istos
montes inuisibiles dicit de locis suis recces
sisse quomodo se in illos absconderunt.
uel quomodo se omnis seruus absconderet.
cum constet preter quam qui serui esse cupi
untur in nubibus. Unde manifestum est
quos omnes dicit in obtutus omnium neque uisi
biliter conuenit sed spiritaliter factum esse
creduntur. Primum quia non omnis locus.

UVA.BHSC

habet montes ut portant se homines homo abscondat. Deinde cum apparuerit dominus ut coruscatio non timor ubi erit. In tanta longitudine nec habebunt spatium perfugiendi homines montes et qui in ipsis montibus habitaverint. Quid de campestribus dicam. quos ab hac saeculi statum penitus ita in non superveniat locorum sicut eos possint in montibus abscondere. Non enim in novissimo tantum tempore multas et ex sola unctionibus confugient alii ad montes. Et ut apertius doceamus dominum in secundum in ipso cunctis hoc semper factum est a passione domini usque nunc. Sed tunc magis fiet quum ad diem iudicii in fine temporis dominus signum discessionis ostenderit. Erat hoc semper pro missum et factum est. Sic enim habet consuetudinem sancta prophetia sic narrat futura quasi iam facta. sic praeterita quasi adhuc facienda. Nam si de futuris promiserit dicens factum ut altaria quae illa bum fecerunt in futurum sicut ait per prophetam dicit. Ascendet urtica ubi non peccatum erit. Spinae et tribuli ascendent super altaria eorum et dicent montibus tegite nos et collibus cadite super nos. Destructa sunt haec altaria plurimum regum Iudae sicut in regnorum legimus. Non tamen aliquis dixit montibus tegite nos nisi illi qui destructis idolis in ruinam se cum recordabantur. Sed haec in figura facta sunt plurimum. Veritatem autem completa sunt et complentur semper in domino. qui omnem idolatriam depraedavit super verticem montium suorum constituit. Et in speculatione contemplationis in corpore suo suam electam constituit. qui et ultimo tempore iudice periculum illis in montibus fugient. sic dominus

in periculi Hierusalem quam singulis illius invocare describit excidium dicens. Filiae Hierusalem nolite me plorare sed vos plorate et filios vestros. Quoniam venient dies in quibus dicent beatae steriles quae non genuerunt. et ubera quae non lactaverunt. Tunc incipient montibus dicere cadite super nos et collibus cooperite nos. quoniam si in humido ligno haec faciunt in arido quid fiet. In utroque latu praesumitur novissimo. et oportet nos quomodo persequantur. Quum ergo intellegitur novissimum esse excidium Hierusalem confugientes ad montes. Rogant eos abscondisse ubi eos et bestias dicentes eos qui nullis condicionis humanae vinculis peccata capiant qui recenti sunt. Ad vertendum dum perspicue et tunc et oculos cordis habendum narrationis est quod spiritus sanctus in hoc libro in omni periculo tractabit. usque ad sextum enim numeri ordinem custodivit et praeteritis misso recapitulat et narrationem quasi ordinem servatis in septimo concludit sed ipsa recapitulatio pro locis intellegenda est. Aliquando enim ab origine passionis aliquando medio tempore. aliquando de solo ipso novissima pressura. et nonnulla dicta sunt recapitulata. Tamen fixum tenuit ut usque ad recapitulet. Nunc ergo discerpat ab origine redigit et capitulum eandem breviat ad qualitatis dicatur finit.

Explicit explanatio sexti sigilli in libro quarto.

INCIPIT STORIA QUATTUOR ANGELIS VENTORUM:

Et post haec vidi quattuor angelos stantes in quattuor angulos terrae tenentes quattuor ventos terrae ne flaret in terram neque in mare neque in ullam arborem. Et vidi alium angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei vivi. Et clamavit voce magna quattuor angelis quibus datum est potestatem laedere terram et mare dicens. Nolite nocere terrae neque mari neque arboribus donec signemus servos dei nostri in frontibus eorum.

Explicit storia.

UVA.BHSC



UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE IN LIBRO QUARTO:—

iussa contemnere et ab obtemperantibus

discedere. Qui habet inquid tubam id est qui
unum predicat. solue quattuor angelos
ligatos in flumine magno eufraten quos
dixerat in quattuor angulos terre uentos
tendere eufraten in omni terra est.
Flumen magnum eufraten populum dixit
persecutorem in quo satanas et propria
uoluntate ligatus est ne faciat modo
ecclesie quod magnopere desiderat. quia
antichristi tempore iam soluetur diabolus
per omnem mundum malum facere per ministros.
Sicut per hieremiam deus de isto eufraten
dicit. Dies ille domino deo nostro dies ultionis
ut ulciscatur inimicos suos et deuora
bit gladius et inebriabitur sanguine
eorum. Quoniam sacrificium domino sabaoth in
terra aquilonis in flumine eufraten.
Sacrificium dicit sed occisionis et lugu
brationis sicut de hisdem fratribus dicit per
esaiam. Gladius domini impletus est san
guine incrassatus ab adipe renum et
arietum. quia sacrificium domini in bosor
et lugubratio magna in idumea.
Bosor et idumea terra ciuitatis sunt.
De aquilone autem iam diximus.
Et soluti sunt quattuor angeli
hic iam in quo erat persecutio.
Parati in horam et diem et mensem
et annum ut occiderent tertiam
partem hominum. haec sunt quat
tuor tempora id est triennium et men
ses sex. Parati autem dixit quia
ex qua percussa est tertia pars solis
et lune et stellarum ad manifestan
dum que esset tertia diei et tertia
noctis. id est diem ecclesiam et noc
tem sinagogam que cum malis in
tenebris ambulat. Sed et ter parti

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTA STORIAE:

Et sic uidi equos in uisione et
sedentes super eos. equi homines
sunt et sessores spiritus demoniorum.
habebunt loricas igneas et iacinti-
nas et sulphureas. id est animae igne fumo
et sulfure preparate ad incendium
flamme gehenne. et capita eorum sunt
sicut leonum. supra dixerat locus-
tas similes equis paratis ad bellum
et facies hominum et caudas scorpionum.
Nunc uero dicit equos se uidisse et se-
dentes super eos et capita ut leonum
et caudas serpentium paratas ad in-
cendium. hoc totum unum est
et unam rem dissimiliter discribit.
Non enim in equos istos umquam
tale uidimus ut cognoscas homines
esse in numero multo facientes.
Et ex ore eorum exit ignis et fumus et
sulfur. hos dicit quia pro fumo ia-
cinctum dixerat. Nec perspicue ista
exeunt ex ore eorum sed uerba ipsorum sunt
hominum. pro hoc dixit ignis fumus
et sulfur. sicut illis alio loco pro-
mittitur. Qui adorat bestiam pu-
nientur et ignis fumus et sulfur de ore
mittentes eorum in secula seculorum. [illegible]
ab his tribus plagis occisa est tertia
pars hominum. ex igne fumo et sul-
fure quod exit ex ore eorum. uerbi
ergo capitum id est principium eorum
has plagas in ceteris incurrunt.
Potestas equorum in ore et in caudis
eorum. id est in sermone et opere et officio.

Caudas autem prepositos id est corpora dixit
quia sunt pseudo prophete. caude enim
eorum similes serpentium habentes
capita. in capita principes mundi esse
dicimus. et in his nocent. sine his autem
prepositi multi in area ecclesiae nocere non
possunt. dicit et tamquam capita [illegible].
Nemo putet illo amore sanctos ad suis legi
[illegible] omnem et hominum ceteris
non diuersis suppliciationibus. sed in area
ecclesiam dicitur sub christianitatis nomine
contra ecclesiam diabolo deseruire. :
Et reliqui hominum qui non sunt oc-
cisi in his plagis. sed quid profuit non
esse occisos in his plagis cum dicit.
Et non egerunt penitentiam ex operibus
manuum suarum ne adorent demonia
et idola aurea et argentea et erea et
ferrea et lignea atque lapidea. qui
neque uidere possunt neque audire neque
ambulare. et non penituerunt ab
homicidiis suis neque ex beneficiis suis.
neque ex fornicatione sua. neque ex furtis
suis. hoc totum in ecclesia est et sub
nomine christianitatis spiritalis idolatria est.
Sic enim in danielo legimus in uasis aureis
domini bibisse et hos deos supra dictos
laudasse. quando sacrata in uasis
uasis bibentes deos ligneos et lapideos
laudabant. quamdiu uasa fuerunt
in idolio babilonis et non bibebant in
eis non est iratus dominus. Uidebantur
enim esse dei secundum quorundam prauam opinio-
nem cum in idolo [illegible] consecrasse.
Postquam uero in humanis usibus domini uasa con-
taminata [illegible] posita fuerunt
[illegible] laudabant autem
deos suos in [illegible] deo [illegible]

UVA.BHSC

quod illis incitamentum tribuerint bibant . .
inuasit est · Quid est nisi in ore factum ·
Babilonia est mundus hic · uasa dni sunt
sacramenta ecclesie · idest baptismi
sacratio · lex et euangelium · simbolum
et oratione dominica · Amen et alia ·
Iuxta tropologiam hoc dicendum est quod
omnes heretici et doctrina contraria
ueritati · que adsumunt et uerba prophe
tarum et testamentorum diuine scripture
abutuntur ad sensum suum et dat bibere
his quos decepit · et quum quibus fornica
tus est · Tollit uasa templi di et ineb
riantur in eis et non dnm cuius uasa sunt
sed deos laudat aureos argenteos ereos
ferreos ligneos et lapideos · Aurei enim
uidentur dii qui sensu rationis compositi
sunt · argentei sunt qui habent eloquii
uenustatem et retorica arte conscripti
sunt · qui autem infirma fabulas poetarum
et uetustatis uanitatis traditionibus habent
et si licitate mutant ut eleganciam ut saul
et que desperationem insita uocantur ere
et ferrei · Qui autem penitus inepti pro
ponunt lignei appellantur ut lapidei ·
quos omnes in diuersis partibus de uario nomine
diuidit scribens · Maledictus omnis qui
facit sculptile et conflatile opus manu
artificis et ponit illud in absconditum ·
Abscondunt enim omnes heretici et operi
unt mendaciorum suorum dogmata · ita
sacrata in obscuro secretis corde · Neque
enim in illa persecutione cogentes generales
supradictas conscientie sed in sua incre
dulitate moriuntur · De scriptio nouis
simo certamine et quando morte conti
nuo prestet misteria soluta morte septimum
angelum in quo est nouissimum certamen

et dominum manifestaturus et recapitulat a tem
pore aduentumodo futuri pacis usque ad
finem · Et sicut iam dicta sunt ordinis quem
prestat misteria et uelut duos fines uide
bitur fecisse · meminerimus · Iam cum re
capitulatione prestat solitum · facit
ambas narrationes · non uno fine clau
dendo · Describit enim predicationem
futuri pacis qualitatis ita apertam ut
fortis quam ante numquam perspicuitate clu ·

EXPLICIT EXPLANATIO:

INCIPIT STORIA: ANGELI: FORTIS:

Et uidi alium angelum fortem
descendentem de celo nube
amictum et iris super
caput eius et facies eius
sicut sol et pedes eius sicut
columne ignis · et habe
bat in manu sua librum aper
tum et posuit pedem suum
dexterum super mare sinistrum
autem super terram ·
et clamauit uoce magna ·
sicut leo fremit · et cum cla
masset · loquuti sunt septem
tonitrua uoces suas · et que loqu
uti sunt septem tonitrua erum
scripturus · et audiui uocem de
celo dicentem · Signa que loqu
uti sunt septem tonitrua et ne
ea scribseris · et angelum quem

UVA.BHSC

uidi stantem super mare et super
terram sustulit manum suam
dexteram in celum et iurauit
per uiuentem in sempiternum et
in secula seculorum amen
qui creauit celum et que in eo.
et terram et que in ea. et mare
et que in eo. quia tempus iam non
erit sed in diebus uocis septimi
angeli cum ceperit tuba canere
et consummatum est misterium dei
ut euangelizabit per suos prophetas.
Et uocem audiui e celo iterum
loquentem mecum et dicentem.
Uade accipe librum apertum qui
est in manu angeli stantis supra
mare et super terram. Et abii
ad angelum dicens ut daret
mihi librum. Et dicit mihi
accipe et comede illum. et amari-
tudinem uentri tuo faciet.
et in ore tuo erit dulce sicut
mel. Et accepi librum de
manu angeli et comedi illum.
et fuit in hore meo sicut mel
dulce. et quum comedissem
eum repletus est uenter meus ama-
ritudine. et dicit mihi oportet
te iterum predicare in populis
et linguis et gentibus et regibus
multis. Et datus est mihi arundo
similis uirge. et stabat ange-
lus dicens mihi. surge et me-
tire templum dei et altare
et adorantes in eo. et atrium
quod est foris templum eiclude
foras et ne eum mensus fueris
quoniam datum est inquid
gentibus ciuitatem sanctam.
et calcabunt mensibus quadra-
ginta duobus.

EXPLICIT STORIA



UVA.BHSC


Mare:
ubi Iohannes librum accepit:
ubi angelus nube amictus posuit pedem suum dextrum super mare sinixtrum autem super terra
ubi Iohannis ab angelo arundinem accepit
adorantes

UVA.BHSC

INCIPIT: EXPLANATIO: SVPRA: SCRIPTA: STORIAE:

Et uidi inquid angelum alium fortem descendentem de celo nube amictum. Dns est amictus ecclesia. semper adeo in ecclesia nascitur. Diuersis autem modis dns describitur. Induitur ecclesia. nunc sicut lintheo hic libri legimus nunc abolla candida sicut per danielum. Nunc nube legimus autem scos nubes uolant sicut per esaiam: qui sunt isti qui ut nubes uolant. Induitur laterque nube spiritu et sco corpore. Et iris sup caput eius.

Iris promissio perseuerantie est. ecclesiam autem describit in dno. Et facies eius sicut sol. et pedes eius sicut columne ignis. Magna hic ratio et admirabilis querenda. In lintheo libri dixit prius pedes ignitos. et post eum faciem lucere. ut hos ostenderet in hoc mundo ignitos in passione et fulgere in resurrectione. nunc autem primum dicit faciem lucere et pedes et columna ignis. ut ostenderet quantum claritas sit ecclesie per passionem. Et habebat in manu sua librum apertum. Merito facies eius sicut sol. quam apertum iam librum quid futurum est agnosceret. per librum autem scripture sacre pagine designatur.

Liber autem inuolutus est scripture sacre eloquium obscurum. qui profunditate sententiarum inuolutus ut non facile sensum omnium penetratur qui inuolutus est. et expanditur quia cum predicatoribus sacri eloqui obscuritas aperitur. Unde scriptum est. extendens celum sicut pellem qui tegit in aquis superiora eius. Quid autem celi nomine nisi sacra scriptura signatur. Per quam nobis et sol sapientie et luna scientie et et unicuique pueris stelle exemplorum ubique irradiatum lucent. Quod sicut pellis extenditur quia per scriptores suos cutis lingua formatur quum ante oculos nostros per uerba doctorum exponendo displicatur. Quid uero aquarum nomine nisi sci angeli de quibus scriptum est.

Aque que sup celos sunt laudent nomen dni.

Huius ergo celi superiora dns in aquis tegit qui uelat sacri eloquii id est eius de natura diuinitatis ut exteris quam nunc nobis adhuc nescientibus solis angelis in secreto sunt cognita. Celum ergo hoc et coram nobis extenditur et autem in aquis superiora illius continuantur quia et quedam sacri eloquii iam nobis per apertionem sps patent. et quedam que solis angelis possunt esse manifesta nobis adhuc seruantur occulta. Et posuit pedem suum dexterum sup mare sinistrum autem sup terram. Id est predicandum decreuit ergo in mare posuit. id est fortiora membra in maioribus periculis. sinistrum uero in competentibus. Et clamauit uoce magna sicut leo fremuit. Id est fortiter predicauit. Et quum clamasset loquuti sunt septem tonitrua uoces suas. Septem tonitrua septem ecclesie sunt quod est una. quid autem ait plus loquerentur ecclesie quam uoces suas.

Angelo loquente audiuit sunt septem

UVA.BHSC

tonitrua quae sunt septem tube · et quae
loquuta sunt septem tonitrua eram scrip-
turus · et audiui uocem de celo dicentem ·
signa quae loquuta sunt septem tonitrua
et ne ea scripseris · et enim uerba quae
audita dicentem erat illi · ne sicut audiuit
scriberet · sed ut ait per allegoriam id est per
similitudinem nomine sigillo scriptum
omnibus intellegerentur · tamquam dixit signa
et ne ea scripseris · Quomodo dixit signa
si non erat quod signaret · Sufficiebat
enim dicere noli scribere · Sed iussit ne
sicut uolebat sine sigillo scriberet propter
brutos et infideles · Alio denique loco
propter iustos nec signaueris dixit uerba
prophetie huius · Tempus enim in proximo
est · hic ostendit de duobus id est bonos
et malos quibus signare iusserat et quibus
non · Qui perseuerat ubi erit inquid nocere
noceat · et qui in sordibus est sordidescat
adhuc · hoc est propterea in allegoriam id est
in similitudinem loquor illis ut habeat per-
seuerare in pugnam et usque in finem ut habeat
unde coronetur · et iniquus perseuerare in mali-
tia usque in finem ut habeat unde damnetur ·
Et qui iustus est iustificetur adhuc · simi-
liter et sanctus sanctior fiat adhuc ·
hoc est unde autem felices oculi qui uident ·
et aures qui audiunt · hic aures et oculos
cordis dicit non corporis · Et danihel h-
uic simile fuit pacis in alterius sub uisus
uisione · claude inquid sermonem et signa
librum consummationis ad tempus · Sed quibus
obsignauit sunt iudicia · Delinquant
in? nec recogitant omnes iniqui et pecca-
tores · et intellectores intellegunt intelle-
gentes fulgebunt quasi splendores firma-
menti [illegible] stelle

in perpetuum et ultra · Solent nonnulli
querere utrum doctus sicut et simplex sic e-
andem mercedem habeant et unam in celis
habeant mansionem · Unde nunc lux ita et
eo dicione ducitur · Quod docti similitu-
dinem celi obtinebunt et heretici absque
doctrina stellis celi computentur ·
Tantumque quae sit inter eruditam scientiam
et sanctam rusticitatem quantum celum
distat a stella · Quod autem dixit claude
sermonem et signa librum · precepit ut in
uoluta sermones et signata libri et legentes
plurimi et quererent sapientie ueritatem
et propter obscuritatem magnitudinem
diuersa suspicerentur · Librum autem
istum potest soluere qui scripturarum sa-
cramenta cognouit et intellegit et
uerba tenebrosa propter misteriorum magni-
tudinem et in alterius [illegible]
et occidentem litteram uerum transfert ad
spiritum uiuificantem · Et angelum quem
uidi stantem super mare et super terram
sustulit manum suam dexteram in celum
et iurauit per uiuentem in secula seculorum
qui creauit celum et quae in eo et terram
et quae in ea et mare et quae in eo quia
tempus iam non erit sed in diebus uocis
septimi angeli cum ceperit tuba
canere · Septima tuba finis est per-
secutionis et aduentus domini · propterea dixit
apostolus in nouissima tuba resurrectionem ·
Tempore ergo fuit pacis adfirmabit
sectum et iam non esse tempus sectum persecutionis
quam putatur nouissima
persecutio antichristi usque ad septimam tubam ·
Et consummatum est misterium dei sicut
euangelizabit per suos prophetas et
uocem audiui de celo iterum loquentem

UVA.BHSC

me tum et dicentem: Vade accipe librum
apertum qui est in manu angeli stan
tis super mare et super terram. Vox de celo
spiritum dicit, qui ecclesie certamina et la
bores precipere que ecclesia factura pace
[illegible] libro predicavit. Et abii ad an
gelum dicens: ut daret mihi librum.
Admonet ecclesia que desiderat perdoceri.
Et dixit mihi: accipe et comede illum.
Id est insere eum visceribus et discribe in lati
tudine cordis tui. Hunc librum accepimus
quum secunt opera facere desideramus.
Aperimus os nostrum et librum commedimus quum
secunt loquimur. Mandimus et glutimus que
[illegible] accepimus quum exhibuimus et tunc
[illegible] in nostris visceribus [illegible] cum
predicare cepimus. Inde propheta alius
dicit: Os meum aperui et attraxi spiritum.
Non enim spiritum attraheret nisi os aperiret
quia nisi ad predicandum proximis
se impenderet spatiis doctrine intus gra
tia non cresceret. Et amaritudinem
ventri tuo faciet sed in ore tuo erit dulce
sicut mel. Quia ipsi deo omnipotenti domino
scientia [illegible] loqui cum deo didicerunt
in cordis sui visceribus vertuntur amare.
Id est quippe hoc scriptum sacre eloquia
cuius [illegible] visceratum commedetur illius
repletur. Cum [illegible] ad loquendum
[illegible] in potestate [illegible] fuerit.
Nam [illegible] dulcedinem non habet quem
[illegible] reprobat in sua conscientia mordet.
[illegible] necesse est ut qui verbum dei loquitur
prius studeat qualiter vivat et [illegible]
colligat quid et qualiter dicat. Adprehendit
[illegible] plus conscientia [illegible] amoris [illegible]
[illegible] sermonis. Quia amaritudo
[illegible] semet ipsum predicator.

latet quomodo perveniat ut displicere
bat antea. Qui autem vitam suam in
virtus perfecit et templo suo forti adorno
nando alius edificat, quam in corde in ame
[illegible] in [illegible] quod manu
verbi proximis [illegible] scribit. Hic liber
amaritudinem ventri eius faciet cum pre
dicare et operare ceperit quod intellexerit.
Et accepi librum de manu angeli et comedi
eum et fuit in ore meo sicut mel dulce et
cum comedissem eum repletus est venter
meus amaritudine. Et dixit mihi oportet
te iterum predicare. Aperte ostendit
angelum corpus esse dum de uno dicit in
quid mihi oportet te iterum predicare.
Numquid ecclesia aliquando cessabit a pre
dicatione ut iterum oporteat predicare
audito sed quia [illegible] describit quod
post africanus persecutionis futurum est
ut hortaretur eiusmodi esse novissimam
predicationem et reputationem. Continuimus
pro inde dixit iterum. Et quia post eum non in
africa autem eodem genere sed in omni
mundo predicabit ecclesia propterea adicit
In populis et linguis et gentibus et regibus multis.
Una est ecclesia in toto orbe que predicat in
africa ipsa ubique similiter predicavit propterea
velut africanus dixit oportet te iterum predicare.
Et datus est mihi arundo similis virge et dice
bat angelus dicens mihi surge et metire
templum dei et altare et adorantes in eo.
Surge quod dicit ecclesie [illegible] est ecclesie ut [illegible]
contemplatione perstat. Non enim [illegible] Iohannes
sedibundus audiebat. [illegible]
filii dei [illegible] dominum nostrum [illegible] confiteri
omnipotentem dicimus [illegible] christum [illegible]
[illegible]
[illegible]

UVA.BHSC

upuaxe recepaum effudisse spm scm · donu
ecpigns inmortalitatis hunc prophetae
predicauerunt · hunc legem conscriptum
hunc esse manum di · et uerbum patris et
condicatorem orbis · hec est arundo fidei mensura
et nemo adorat uerum scum nisi qui
hunc fidem confide confitetur quia
non omnis qui uidentur in eo adorant ·
Sicut dicit · et atrium quod est foris
templum exclude foras et ne eu mensus
fueris · Atrium enim quod est ad lunum
templi et uidetur ad templum pertinere ·
templum tamen non est quia ad sca scorum
non pertinet · Ipsi sunt qui ecclesie esse in
uidentur et foris sunt · Aulu atrius dicitur
uacua in eis parietis etua · hos autem non
necessarios ei cui est de electu · Quia datum
est in quid gentibus et calcari ciuitatem scam
et calcabunt mensibus xl duobus · qui eclu
dentur et quibus dubitatur utrique calcu

buna electum id hominis hus mundi mul
finit:

INCIPIT STORIE ELIE SIUE LEGIS ET EUANGELII:

Et dabo duobus testibus mis · et prophe
tabunt diebus mille cc nonaginta
amicti ciliciis · hi sunt due oliue
et due candelabri qui in conspectu dni
terre stant · et si quis eos uult ledere · ignis
exiet de ore eorum · et deuorabit inimicos eorum
et si quis uoluerit ledere · sic eum oportet oc
cidi · hi habent potestatem cludere celu
ne imbrem pluat in diebus prophetie eorum ·
et habent potestatem in aquas uertere eas
in sanguine · et percutere terram in omni
plaga quotienscumque uoluerint · et cum fi
nium sunt et uincet eos et occidet eos ·
et corpus eorum in platea ciuitatis ma
gne proicientur · EXPLICIT STORIA:



UVA.BHSC

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Et dabo duobus testibus meis et prophe
tabunt dies mille ducentos
nonaginta. hii dies mille
ducenti nonaginta anni
sunt et menses sex. hec est predi
catio helie. et regnum anti xpi ulti
mum quod fiunt sub uno septe
anni. Certe uero spatiatur in toto
duo testes. duo sunt testamenta id est
lex et euangelium. a dni enim passione
usque ad anti xpm. annos tres ponimus et
menses sex. isti sunt quadraginta duo
menses. id est anni et dimidius ut
quinquaginta. uni enim mensis centum
menses sunt per centurium numerum.
Quadraginta bis centum quattuor
milia et cc. menses sunt. qui sunt centum
uiginti sex milia dies. Anni
quinquaginta et in uno die centum dies.
Nam centum mille ducenti nonaginta
centum uiginti sex milia dies sunt qui
sunt similiter ... quinquaginta
anni. hoc omne tempus est a passione
dni usque ad anti xpm. et nunc spatiatur
in capo helie. et qui cum eo uenerit duo
testes id est lex et euangelium ubi occi
ditur. a quibus non obscurabitur. hoc
sunt duo testes. id est toto duobus testa
mentis prophetabunt. qui sunt enim
testes dni nisi xpianum quos grece dicunt
martyres hoc latine testes quia in passione
testimonium xpo reddent. Non dixit
faciam mihi testes quasi modo non sint.
Sed dabo duobus testibus meis. hic presentibus
dixit. lex et euangelium nouissimum
tempus per aduentum ante anti xpi et ab illo
dies habet. et qui nunc spatiatur in toto
eclesia. iam tunc aperte demonstrabitur.
et helias et qui cum eo uenturus est per
picut occidebit quod nunc duo testes spatiatur
occidit. amicti inquid ciliciis. quod est
in exomologesim. id est in confessione penitentie
constituti. quia quibus predicant qui eos
audire uolunt confessionem ad penitentiam
conuertuntur. hii sunt due oliue et due
candelabra in conspectu dni terre stantes.
Hii sunt inquid qui stant quod nunc est
in predicatione. Due candelabra ecclesia est.
Sed quia per legem et euangelium stat.
Proinde dixit duo. Sicut quattuor an
gelos et quattuor uentos unum dixit
ecclesiam quam sint septem ecclesie quod
est una. Et septem candelabris in
unum ut amplius pro locis numero. hoc
totum una ecclesia est. Nam zacharias
propheta unum candelabrum uidit septem
formem et duas oliuas id est duo testamenta
infundere oleum candelabrum. hec est
ecclesia cum oleo suo indeficiente quod
facit in lumine orbis ardere. Sic ergo
dicit zacharias. Excitauit me que
admodum excitatur homo de somno suo.
et ait mihi. Quid tu uides. et dixi.
Uidi et ecce candelabrum aureum totum
lampadum super eum et septem lucerne super
eum. et septem infusoria lucernis que
sunt super eum. et due oliue super eum unum
a dextris lampadis et unum a sinistris.
Et interrogaui quid nam esset. respondit
angelus dicens. Septem hii oculi dni sunt

UVA.BHSC

qui inspiciunt super omnem terram.
Oculos septem spiritus gratie spiritus legimus
qui sunt in ecclesia inspicientes totum
corporis hominis terrarum. Eadem olive
quod sunt duo testamenta in nostro
gratia sicut illa. Hi duo filii pingue
dinis adsunt domino totius terre. Et
siquis eos uult ledere ignis exiet ex ore
eorum et deuorabit inimicos eorum
et siquis uoluerit ledere sic eum oportet occidi.
Ignis uerbum predicationis est. Siquis
enim ecclesiam ledit uel ledere preceptoris
et diuino igne consummetur. Hi habent
potestatem claudere celum ne imbre
pluat in diebus prophetie eorum.
Celum ecclesia est. Plubia uero uerba predi
cationis. Habet potestatem claudere
celum id est ligandi ut qui ecclesiam persequitur
fuerit ut benedictio ecclesie super eum non
descendat. Et habent potestatem
aquas uertere eas in sanguine et per
cutere terram in omni plaga quotiens
cumque uoluerint. Aque populi sunt
aquas uertunt in sanguine. id est doctrinam
filosophorum carnalium intellegentes
ubi eos ecclesia conspexerit competitionibus
arguit. Hec omnia que dicit ecclesia cursu
fecit ecclesie uirtutibus describit dicit
omni potestate in celo et in terra filio
hominis quem induitus est dominus cui capud
est deus. Et hunc potestatem quem habet
dedit sue ecclesie ut spatiatis claudat celum
ne imbrem pluat. id est ne in homine maligno
in terra sapientiam. Sicut de pura uinea
sue dicit. Nubibus mandabo ne pluant
super eam. Et non solum aquas suspendunt
sed etiam que descenderant in uitales faciunt.
Facit ergo christus et ecclesia quod
uult. Cum operatur omnia in omnibus unus
atque idem deus. Hec est testimonium quod
perhibet ecclesia usque ad reuelationem bestie
ut aperte erat idem diebus quibus tertio oc
ciduntur testes bestie. ut sicut a spatiis
occidit duo testamenta. Item carna
liter cum solutus fuerit diabulus et
in uita christo regnante occidit duos testes.
id est helie et qui cum eo uenturus est.
Multi putant cum helie esse elisseum
uita mortali. sed utique mortui sunt.
Iheremie mortem non inuenimus. per que omnia
ueteres nostri crediderunt esse illum iheremiam.
Nam et ipsum uerbum quod factum est
ad eum testificat. cui dicens ei. Prius
quam te formarem in utero noui te et ante
te quam exires de uulba scificabi te et
prophetam in gentibus posui te. Iheremias
in gentibus propheta non fuit sed solum
in israhel. Ideo uerbum dei uerax necesse
habet quod promisit exibere ut in genti
bus sit propheta. Hi sunt duo cande
labra et duo oliue in conspectu domini terre
stantes id sunt in paradiso. Ideo ut
moneat ut si in ullo legatur non intelle
gatur. hic intellegitur. hos uero oportet
in terris fieri ubi nati christo. Sed quia hec
apice diximus nunc uerba textus curiatim
nostre ut cepimus spatiatis discurrimus.

EXPLICIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTA.

INCIPIT STORIA DE EODEM TESTAMENTO.

UVA.BHSC

Et uincet eos et occidet eos et corpora eorum in plateis ciuitatis magne proicientur que uocatur spiritaliter sodoma et egiptus ubi et dominus eorum cruci fixus est. et uidebunt ex populis et tribubus et linguis et gentibus corpora eorum diebus tribus et dimidium et corpora eorum non permittent poni in monumentis. et habitantes terram gaudebunt super eos et epulabuntur et munera inuicem mittent quoniam hii duo prophete cruciaberunt habitantes terram.

FINIT:



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

UVA.BHSC

Et uincet eos et occidet eos.

Vincit uita Christus eos quos reduxerit a uita et credunt. Occidit autem sanctos qui confessi idem fuerint. Spiritaliter uero nunc in ecclesia uincet, qui et euangelio et legi non credunt. Occidet autem eos qui Christo credunt et in penitentia uiuunt, sicut dominus in euangelio ait: Tradent uos in pressuram et occident uos omnes qui ecclesie non consentiunt. Duo testamenta occidit. Et corpora eorum in plateis ciuitatis magne proicientur. Duorum dixit unum corpus, aliquando corpora, ut legis et euangelii numerum seruaret, et ecclesie unum corpus ostenderet. Corpus non solum de occisis sed et de uiuis dixit. Quod autem dixit proicientur, id est postponentur, sicut scriptum est: Tu uero hodisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te. In plateis ciuitatis magne proicientur, id est in medio ecclesie que uocatur spiritaliter Sodoma et Egyptus, ubi et eorum dominus crucifixus est. Vtique in ecclesia quia Ihesum testantur non potest a domino dicere; et Ihesum conculcat usque dum conpleantur tempora gentium. Et uidebunt de populis et tribubus et gentibus corpora eorum diebus tribus et dimidium. Id est tribus annis et sex mensibus quod sunt anni tres et dimidium, quod supra diximus a passione domini usque ad ultimum Christum. Hoc ut diximus spiritaliter in ecclesia. Omnes enim tempus nunc presens nunc futurum uidere enim dixit quia non uidebunt. Sic dominus in euangelio: Veniet inquit hora ut omnis qui interficiat uos arbitretur se obsequium facere deo. Et nunc est quod dicit uenit. Denique cum dicat uenit, sic hoc dixit: facient quia non cognouerunt patrem neque me. Non dixit faciunt quia non cognoscunt. Numquam enim separat presentis tempus a nouissimo quod reuelabitur antichristus. Nunc uero spiritaliter nequiquam hec facit in ecclesia. Et corpora eorum non permittunt poni in monumentis. Id est eos dixit qui ad penitentiam confugiunt deinde ruendo ut a corpore sepeliantur. Et qui de parte diaboli sunt eos de uoce seruire domino non permittunt. Persequitur enim uir uxorem et uxor uirum, parentes filios et filii parentes, dominus seruum et serui dominum, et plus quam per pseudo prophetas omnes et serui dei non ualent eorum ferre inpugnationem, ut dominus ait: Ve uobis qui clauditis regnum celorum; nec uos intratis nec alios permittitis intrare. Cum ergo semper in ecclesia illis inpugnantibus, iam modo non permittunt corpora eorum poni in monumentis.

Faciunt autem et utrumque de uiuos occisos a corporibus, quia nec uiuos permittunt fictum celebrando in memoria collegi, nec occisos in memoriam faciunt, nec eorum corpora in memoriam terrarum dei sepeliri. Et habitantes terram gaudebunt super eos et epulabuntur et munera inuicem mittent. Hoc semper fecit et facit, et nunc munera inuicem mittent et in posita modum gaudebunt et epulabuntur. Quia persequentes enim lesi affliguntur et exultant in his et epulantur et munera inuicem mittent, id est uiuibus gaudendo de inimicis, sicut scriptum est: In me psallebant qui bibebant uinum. Quoniam hii duo prophete cruciauerunt habitantes terram. Duo prophete duos sunt testamenta, que cruciare dicuntur terram, quia mundum relinquere precipiunt et in lucis prosternuntur, pro deo seruire cupiunt et per prophetas qui prophete testamenta dei humanum genus arguerent, quem uirus ibere cruciat in his. Sicut ipsi dicunt: grauis est nobis etiam ad uidendum. Et non solum cruciat sed et auertere facit, ut scriptum est: peccatores uidebit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet. Gaudebunt ergo ubi qui ueluti alium nihil habuerint quod inpugnatores stent, discurrunt occisi ubique et eorum hereditatem possideant. FINIT.

INCIPIT DE [DU]OS TESTES STORIA:

UVA.BHSC

Et post tres dies et dimidium sps uite a deo intrabit in illos et steterunt sup pedes suos et timor
magnus cecidit sup uidentes eos. Et audiuit uocem magnam de celo. ascende huc.
Et ascenderunt in celum in nube et uiderunt eos inimici eorum et in illa ora factus est
terremotus magnus. et decima pars ciuitatis cecidit et occisi sunt in terremotu nomina uirorum
septem milia. et ceteri timuerunt. et dederunt gloriam deo celi. Ue secundum habiit quod sequitur
tertium. Ue ecce. ue tertium ueniet cito. Finit.



UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO

SUPRASCRIPTE STORIE : L

Et post tres dies et dimidium spiritus vite a deo intravit in illos. Iam supra dictum est de diebus.

Huc usque angelus futurorum narrat et inducit factum quod futurum vidit. Et steterunt super pedes suos et timor magnus cecidit super videntes eos et audivi vocem magnam de celo ascende huc. Et ascenderunt in celum in nube.

Hoc de resurrectione intellegendum est quod apostolus dixit. Rapiemur in nubibus obviam xpo. ante adventum ultimum domini nulli hoc posse contingere. Scriptum est enim in actum xpi. Deinde qui sunt xpi pro fide servi rapiuntur in adventum eius in nubibus. Unde concluditur omnis suspicio quorundam qui putant hos duos testes duos viros esse. hoc est Eliam et qui cum eo venturus est et tunc ante adventum xpi celum in nubibus ascendere. hoc enim non posse fieri ante nisi in adventum domini in resurrectione omnem omnino ecclesiam. et eos ascendere obviam xpo in aera qui pro fide vixerunt pro duo testamenta. quod si de hos duos viros dicitur quomodo poterunt habitantes terram de duorum morte gaudere si in una civitate mortui iacent aut quomodo munera pro omne terra invicem mittent sicut dictum est. qui ante quam gaudent de morte conversi sunt de resurrectione. Quum ergo adulicos in auctoritate non ante mortuis nunquam quam resurrectionis venit. aut qualiter epule et voluptatis poterit esse si implicatis epulis et cum cadavera humana epulis morbos et diutino fetore miscuerint. Quoniam factum est qui sint testes et qui dicti sint quo supra diximus a passione domini usque ad secundum eius adventum. Quod vero timor magnus cecidit super videntes eos de hominibus vivis dixit in adventum domini quia et iustos quos viderint et invenerint xpi permanentes in resurrectione mortuorum. et sibi tunc permanentes quid de peccatoribus erit. Et viderunt eos inimici eorum. hic separabit iustos a peccatoribus quos in commune dixerat ammisse.

Et in illa hora factus est terre motus magnus. Id est persecutio et duplicatio est enim sicut illum diximus in adventum domini. In illa hora qui in tecto est non descendat tollere quicquam de domo. Hora est enim omne tempus. Et decimum pars civitatis cecidit et occisi sunt in terre motu nomina virorum septem milia. Denarius enim numerus et septenarius perfectus est. quod si et non esset perfectus aperte totum intellegendum erat. Dicit enim omnem civitatem cum omnibus edificatoribus suis cecidisse in persecutione. Duo enim sunt edificia in ecclesia. unum supra petram quod est xpi. alterum super arenam quod est fiducia mundi huius hoc dicit corruisse. Et ceteri timuerunt et dederunt claritatem deo celi. Isti sunt supra petram quod sunt sancti. qui in adventu domini peccatoribus terre motu morientibus ipsi iusti permanentes confessionem et animatum suum nec letantur deum clarificant sicut scriptum est debere. Lavabit iustus manus suas in sanguine peccatorum. videns enim iustus peccatoris interitum plus accenditur in observatione preceptorum.

UVA.BHSC

Quod lucidior adque purior fit, ut scriptum est: uidentes impium puniri, cautior fiat. Finit recapitulatione quam per sex missos septimo angelo intrat septem ordinem dicens: Et secundum habet. Dixit enim consecratio locus aurum per plumbum. Et unum abisse et alterum uenire quod scriptum in sequentibus non dixit. Et secundum habet nescitum autem tertium describere quam recapitulationis est. Nunc finit ipsa recapitulatione. Et inquid secundum habet non recapitulationis sed quod quibus descripsit. Et non reddidit. Quod sequitur autem tertium: Et septimus angelus in quo finis est hic uidetur duos finis fecisse in sequentibus unum recapitulationis et alterum ordinis. Dixit enim finem instructionis et autem quos per sex ordinem subiecit et inducit alterum ut quem pugne quot debebat dicens: Et secundum habet. Et ecce tertium uenit cito. Iste tertius ue separatio est bonorum et peccatorum in instructione.

INCIPIT SEPTIMA TUBA

QUOD EST RESURRECTIO OMNIS CARNIS.

Et septimus angelus tuba cecinit et facte sunt uoces magne in celo dicentes: Factum est regnum dei nostri et Christi eius et regnabit in secula seculorum. FINIT STORIA:



Et uiginti quattuor seniores qui in conspectu dei sedent in thronis suis ceciderunt in facies suas et adorauerunt dicentes: Gratias tibi agimus domine deus omnipotens qui es et qui uenturus es quia accepisti uirtutem tuam et regnasti et gentes irate sunt et uenit ira tua et tempus quod de mortuis iudicetur.

Tertium dixit et finem regnasti et gentes irate sunt. Primum aduentum est uenit ira tua quod de mortuis iudicetur. Secundum aduentum est et dare mercedem seruis tuis prophetis et sanctis et timentibus nomen tuum pusillis et magnis et corrumpere corrumpentes terram. Ecce inquid ut tertium uenit in uoce septimi angeli. Et cum cecinisset non alios nisi solam electa dixit laudantem deum et gratias agentem. Unde intelligitur bonorum remunerationem non esse sine ue malorum. Sicut ipsa electum dixit: Uenit ira tua et tempus quod de mortuos iudicetur et dare seruis tuis mercedem et corrumpere corrumpentes terram. Hoc est ut nouissimum quod est separatio bonorum et peccatorum. Hic facit finem et recapitulat unicuique domini nostri Ihesu Christi eadem [...] clarius dicturus. Finit.

INCIPIT LIBER SEXTUS CAPITULARUM:

Scire uolumus opera omne hunc periocam decem capitulis esse distinctam. Que capitula non sic accipiant lectores que per tempora ... ordinata sunt. Sed unum quodque capitulum ad quod est tempore.

UVA.BHSC

sunt capitula hec. Et apertum est templum di in celo et uisa est arca testamenti. in templo eius et facta sunt fulgura et uoces et tonitrua. et terremotus et grando magna. Et uidi in quid bestiam ascendentem de abisso. EXPLICIT:



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTA STORIE


Et apertum est templum di in celo. ipse utique dno manifestatum est templum di in celo. Et id in celo tu. unde ostenditur ecclesia in celo non in manu factas esse. templum ipsum manifestatio est dni nri. templum enim di filius est sicut ipse ait. Soluite templum hoc et in tribus diebus suscitabo illud. et dicebant iudei. quadraginta sex annis edificatum est templum hoc. Ille autem de templo corporis sui dicebat. Et uisa est arca testamenti in templo eius. Euangelii predicatio est et indulgentia delictorum et omnium donum cum xps aduenit adicta apparuisse. Et facta sunt fulgura et uoces et tonitrua et terremotus et grando magna. hec omnia uirtutes sunt coruscationis et predicationis et bellorum ecclesie. hec dixerat factum

UVA.BHSC


et in descriptione predicationis septem an-
gelorum ubi ad venientem dominum cum stetisset sup
unum sed generaliter a veniente Christo
usque in finem mundi. Deinde descripta persecutione que-
admodum factura sunt in novissimo tempore spatia et in
uno Christo completum sit speculatus ut templum
Dei in celo apertum sit et pugne sequuntur sicut
dixit. Et vidi inquid ascendentem bestiam
de abysso. Post multas plagas secto inferius
ascendisse bestiam de abysso. Id est unum Christum de
populo. De abysso autem ascensurum multis testi-
moniis comprobandum ut est illud Ezechiel. Ecce
assurus cypressus in monte libano. Et rursum
principes cypressus excelsus ramos id est populos multos
in monte libano. Regnum regnorum id est roma-
norum. Formosus ingeniis id est fortis in exercitibus.
Atque inquid adveniet illum. Id est multitudo
hominum que sub celo sunt illi. Et abyssus
auxit illum id est extenuavit eum. Iam et Daniel sicut
patefecit verbis loquitur fuisse autem eum
in regno romanorum. Et fuit in nativitate ...
Et paulus contestatur ut est enim ad thessalonicenses.
Qui nunc tenet teneat donec de medio fiat et tunc
apparebit iniquus ille cuius adventum secundum ope-
rationem satane signis et portentis menda-
cii. Et occidet illum venturum qui tunc erit
princeps ad legem. Arcanum inquid iniquitatis
iam molitur. Id est mysterium quod facturus est
antichristus molitur. Sed non sua virtute neque ...
sui diaboli suscitatione sed dei iussu. Quare ergo paulus
id est dicit. Ideo quia non perceperunt amorem dei in veritate
et dei spiritum erroris ut omnes persuadeantur mendacio qui non
sunt persuasi veritati. Et Daniel ait. Sustinentibus
illis lucem tenebre oborte sunt. Elia vero et qui cum eo
venturus est ubi eode ... in ... manifestata apocalipsim
et non tertia die sicut Christus sed quarta die resurget
ne quis equalis domino inveniatur. EXPLICIT
TEMPLUM ET BESTIA. INCIPIT MULIERE ET DRACO
STORIA

Et signum magnum visum est in celo mulier
amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius
corona stellarum duodecim. Et in utero habet et cla-
mat parturiens et cruciatur ut pariat. Et visum
est aliud signum in celo. Et ecce draco rufus
magnus habens capita septem et diademata et
cauda eius trahit tertiam partem stellarum celi et misit
eas in terram. Et draco stetit in conspectu mu-
lieris que erat paritura ut cum peperisset natum eius
comederet. Et genuit mulier filium masculum
qui pasturus est omnes gentes in virga ferrea. Et
raptus est filius eius ad deum et ad thronum eius. Et mulier
fugit in desertum ubi habet locum paratum a deo
ut ibi eum pascant ibi dies mille ducentos LX.
Et factum est bellum in celo. Michael et angeli
eius et non valuerunt neque locus eorum inventus est
amplius in celo. Et expulsus est draco magnus
anguis antiquus qui dicitur diabolus et satanas
seducens totum orbem. Expulsus est in terram et
angeli eius cum eo expulsi sunt. Et audivi vocem
magnam in celo dicentem. Modo facta est salus
et virtus et regnum dei nostri quia exclusus est accusator fratrum
nostrorum qui accusat eos in conspectu dei die ac nocte.
Et ipsi vicerunt eum in sanguine agni et per verbum
testimonii eorum et non dilexerunt animas suas
usque ad mortem. Ita adhuc estote in celo. Ve terre
et mari quia descendit ad vos diabolus habens iram
magnam sciens quia breve tempus habet. Et cum vidisset
draco quia exclusus est in terram persecutus est mulierem
que peperit masculum. Et date sunt mulieri due ale
aquile magne ut volaret in desertum in locum suum ubi
nutritur illic a tempore et temporibus et dimidium temporis a facie
serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam
velut flumen ut eam a flumine auferret. Et adiuvit terra mu-
lierem et aperuit terra os suum et absorbuit flumen quod misit
draco ex ore suo. Et iratus est draco in mulierem et abiit facere
bellum cum reliquis seminis eius qui servant mandata dei et
habent testimonium Ihesu Christi. Et stetit super arenam maris. FIN
IIII

UVA.BHSC



UVA.



BHSC

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTA STORIE.

Et signum magnum uisum est in celo, celum ecclesia est. Signum magnum dominum et hominem fieri. Mulier inquid amicta sole et luna sub pedibus eius. Frequenter dictum est ecclesiam in mulierem diuidi speciem que omnia unum sunt. Nam quod est celum hoc et plus in celo hoc mulier sub pedibus eius. Omnia enim bipertita sunt ecclesiam dicit pugnam suam sub pedibus esse ... habere. Ita ut pars que sub pedibus est ad ecclesiam uideatur pertinere. Sed ecclesia non est quia congregatio maligna est que de superiore stellis cum dracone diabolo est suo preside. Per hanc ecclesiam perula semper sibi socios requirit quatinus quos precipitetur in gehenna. Semper enim hec mulier et quum ante aduentum domini parturiebat in doloribus suis que est antiqua ecclesia patrum et prophetarum et scorum et apostolorum toleratumque gemitibus et cruciamentis desiderium suum habuit usque quo fructum et plebe sua secundum carnem olim promissum sibi uideret Christum, ex ipsa gente corpus sumpsisse. Sole autem amictum. Id in bone opere manifestatum. Per quem spem resurrectionis in ipso lumine claritatis expectat et claritatem repromissionis. Luna uero in nocte lucere solet ecclesia est que in tenebris sanctus sancti amulis uideri non potest quia cursus sanctorum corporum et deuiato mortis quod deficere numquam potest. Nam que admodum minuitur stat et augetur. Nec in totum extincta est spes dominica quum taquidum putatur. Sed habet in tenebris lucem sicut lunam in noctibus ipsius tenebras quos sub pedibus mulieris esse diximus. Corona autem stellarum sancti sunt. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Id in Christum duodecim tribus sunt. In duo denario numero ecclesia construitur que prima ante aduentum domini quasi ante solis ortum in nocte sancti relucebant. Et quia signum uisum est in celo, celum ecclesia est. Signum magnum Christus est. Stellis quoque relucentium milia hoc est patriarchis prophetis apostolorum martyrum sacerdotum et confessorum. Uirtutum suarum luminibus radiantes. Et uisum est aliud signum in celo. Ecce draco roseus magnus. Id diabolus aliud autem signum dixit de constructione. Supra dixit signum magnum et hic aliud signum. Nam prosperio una est ecclesia et mis... facinoris et eo nimine ... quod ecclesia facit signum et prodigia querens ecclesiam tuam deuorare. In celo enim uisus est draco id in ecclesia congregatio maligna cum diabolo qui ecclesie filium id in praecatiam forem uir inuidia ducatis deuorare conatur. Sic denique herodes in natiuitatem hostes in oriente uiso signo constitutus simulat se Christum adoraturum que spiritu sancti gubernatione subtractum aetatis uiribus querebat occidere. Herodes diabolus est. Signum in oriente Christus est in ecclesia qui nos oriente facit ad lucem. Habentem inquid capita septem et cornua decem. Et super capita eorum septem diademata. Capita reges sunt et cornua regna sicut in isto libro exposituri sumus. Sed quod sunt et hic idem cornua. Idem enim numerus. In septem ergo capitibus omnes reges in decem cornibus omnia regna dicit. Decem enim regnum esse non possunt quia in toto mundo quattuor regna sunt.

UVA.BHSC

Id est capita autem et pedes et brachia de
argento et aere et ferro et sanctorum [illegible] et habi-
turum finem. Et in hoc regno quarto ferreo
id est Romanorum, in quo rex generatur, qui et omnia
quattuor sunt, et in quo quattuor decem
diluuntur. Ergo dicimus quod omnes scrip-
tores ecclesiastici tradiderunt in consumma-
tionem mundi, quando regnum destruendum
est Romanorum, decem futuros reges qui orbem
Romanum inter se diuidant, et undecimum
surrecturum esse paruulum regem, id est anti-
christum, qui de paruula gente Iudaeorum, id est de
tribu Dan, qui inter ceteros fratres suos heredi-
tatem in terra repromissionis non est
sortitus, sed ad aquilone est castra me-
tatus. Reuera illum est imitatus qui
dixerat: ponam sedem meam ad aquilone.
Proinde dicitur paruulus, eo quod non de-
beatur ei honor regius. Ipse est anti-
christus, reges de decem omnibus regibus superaturus est.
Id est Aegypti regem et Africae et Aethiopiae,
quibus interfectis etiam septem alii reges
antichristo colla submittent. Et cauda
eius trahebat tertiam partem stellarum caeli et
misit eas in terram. Hoc duobus modis intelle-
gendum est: siue de angelis qui de caelo pro-
iecti sunt, siue de hominibus qui de coetu
foris proiciuntur. Cauda draconis prophetae
iniqui et praedicatores mendaces sunt, qui
stellas caeli ad heresim sibi deiciunt in
terram. Scriptura sacra stellas nomine
aliquando sanctos iustos atque qui in huius uitae
tenebris lucent, aliquando uero hypocritas
simulatos demonstrat, qui bona quae
faciunt ad percipiendas laudes ab hominibus
ostentant. Si enim recte uiuerent stellae
non essent, neque quam Paulus discipulis
diceret: In medio nationis prauae et per-
uersae, inter quos lucetis sicut luminaria
in mundo. Rursum si inter eos qui iuste
agere uidentur, idem de opere suo retri-
butionem laudis humanae non quaerunt,
neque quas stellas Iohannes cadere de cae-
lestibus uidere dicitur. Misit draco caudam
et traxit tertiam partem stellarum.
Draconis enim cauda stellas pertraxit,
quia extrema persuasione antichristi quidam
qui uidentur lucere rapiuntur. Stellas
namque in terram trahere est eos qui uidentur
studio uitae caelestis inhaerere, amore terreno
iniquitatis apertae erroris inuoluere. Cauda
ergo ut diximus praedicatores iniqui sunt,
quibus stellae inmittuntur. Ipsi sunt
sub pedibus mulieris. Tertiam autem stellarum
caeli dixit, ne quis putaret quod illam
tertiam quae foris est, id est paganos, sed
aliarum duarum quae in caelo sunt, id est
christianum in uno coetu. Duo signa dicit
in uno loco: mulierem quae est coetus, et
in uno coetu duas esse partes, unam Dei
et unam diaboli, et diabolum cum regibus
suis et regno. Non est enim alius rex [illegible]
alium regnum cuius sint [illegible] quae
mundi et Christum sequuntur credi et diabol-
[illegible]. Et regali amicitia [illegible] esse
et ipsis confitentibus Christo securitate hono-
re confitentur et operibus dicunt:
nos non habemus regem nisi Caesarem. Et
draco stetit in conspectu mulieris quae
erat paritura, ut cum peperisset natum eius
comederet. Quotquot enim [illegible] pro-
mittit et praesentat [illegible]
in coetu quod [illegible] est per mona-
enim [illegible] coetu Christum per
membra. Unde et [illegible] filii hominis
[illegible] promittit [illegible] quod [illegible]

UVA.BHSC

natiuitatis inclinat similium passionum
sicut et ipse dominus passus est. Sanctus enim
et draconi in celo persecutum uel perputatur
nequaquam queritur deuorare nascentem.
Qui puer masculus uel fortis in pugna accipitur
contemplatione ad thronum dei rapitur.
Omnis namque filius hominis peccator; qui
peccator et quibus passus potest et quum
dicant [illegible] in herode rege omne in
terrenorum corpus ostensum. Sicut enim
dictum est in euangelio mortui sunt
qui querebant animam pueri. Reuertere
inquid ad ioseph in terram iuda. quid est
herodes, nisi diabolus qui in [illegible] regnat.
Quid est autem pueri nisi celestis ihesus.
Nemo potest ad terram proprium reuerti
nisi diabolo mortuo uel exclusio. Sic in
herode ostensum est xpm in iugiter
nasci adque ab eo semper requiri. quum
enim iam natum cognosceret, non
dixit ubi xpi natus est, sed ubi na
sceretur. Conpulsus est uerum dicere
sicut cayfas, quia se loquitur non
est, sed quum esset pontifex prophe
tauit cum diceret: expedit unum
hominem mori pro populo. Et genuit
mulier filium masculum. Id est fortem
ad pugnandum, qui non quemlibet
scortum imitando, sed ipsam ueritatem
contemplabiliter [illegible] operum
lustratque ut ipsa intellegit et sequitur
uel xpm ad cuius imaginem et similitu
dinem factus est [illegible]. Qui pas
turus est omnes gentes in uirga ferrea.
Namque et corpus est et mentem uel ecclesia potest
tantum habet regere in uirga ferrea.
quia spiritus quoque [illegible] et donum
fecerit secundum spiritalem iudicat omnia

ipse autem a nemine iudicatur sicut idem
dominus dicit: Qui uicit et seruat usque in
finem opera mea dabo ei potestatem
super gentes et pascet eos in uirga ferrea
et sicut uasa figuli confringentur sicut
et ego accepi a patre meo. Et raptus
est filius eius ad deum et ad thronum eius. Omnis
qui acutius mentis ardore ad deum con
uertitur quasi mortuus per penitentiam
resurgit. Et quum [illegible] abiecta
uita exultans in contemplatiua uita intre
uerberatis oculos cordis ut radios solis
aquila non reflectatur ad celestia tunc
filius masculus ad thronum dei dicitur
raptus. Et mulier fugit in heremum ubi
habet locum paratum a deo ubi eam
pascant dies mille cc lx. Mulierem
ecclesiam dixit. heremum desertum esse
non dubitatur. Et quid desertum nisi
derelictum ubi nullus laborat [illegible]
accessum. In heremo sepe patres et beatos
solitarii habitare non hominem. In hoc
ergo heremum fugere dicitur mulier
id est homines iniquos ubi ita non repperi
atur quod est xps. In heremum namque dicun
tur scorpiones et uiperas et omne uirulen
tum quod calcandum ad se accepit
ecclesia. Similitudinem namque [illegible]
ecclesie in heremo [illegible] serpentes
pascit et gubernatur [illegible]
cruce [illegible] omnia [illegible] figure [illegible]
tuna ad demum [illegible] figura [illegible]
mo precessit [illegible] proprietate [illegible]
mundi [illegible]. Sic enim [illegible]
qui [illegible] uasa quos [illegible]
[illegible] regionibus [illegible]
grubia eos [illegible] usque ad occasum
[illegible] et mari [illegible]

UVA.BHSC

deserto in siccitate uitam. et descripta
autem ecclesiam in heremo id est in saeculo quod sunt
uidentes deum. In heremo uero dicit. heremum
esse hominis in quo maledictus ait. homo
qui spem habet in homine. et firmat carnem
brachii sui et a domino discedit cor eius. et erit
sicut tamaris in deserto et non uidebit
cum uenerit bonum. et habitabit in siccitate
in quo in terra deserta et in terra salsa
que non habitabitur. uide qualis in qua
terra deserta est. in quem deus non habitare
dicitur. In hac terra mulier id est ecclesia
habitat et ibi pascitur celesti doctrina
donec finiantur dies mille CCLX. id est
a primo aduentu domini usque ad secundum
eius aduentum donec ab iniquis liberetur.
Et factum est bellum in caelo. id est in ecclesia
ubi draco supradictus semper pugnat
cum sanctis. Micael et angeli eius pugnarent
cum dracone. Micahelem Christum dicit
et angelos eius sanctos homines. Nemo est
praeter dominum qui habeat angelos nisi dominus
Christus sicut Danihel ait. Et tunc ad id tempus
adueniet Micahel archangelus ille magnus
qui filiis populi sui praeest. et eo tempore
erit pressura populi tali qualis numquam
fuit ex quo gentes esse ceperunt usque
ad illud tempus. Et draco pugnabat et
angeli eius. absit enim ut credamus
diabolum cum angelis suis in caelo
ausum esse pugnare qui in terris unum
hominem Iob a domino post tabulas uale
dere. potestatem namque pugnandi
cum semine mulieris id est cum sanctis non
cum filio dei aut angelis eius accepit.
Pugnant in caelo cum Christo sed in ecclesia
homine induto. Et non ualuerunt
neque locus eorum inuentus est amplius

in caelo. In omnibus sanctis dixit qui credentes
Christo semel expulsum diabolum amplius
non receperunt. Et expulsus est draco
magnus anguis antiquus qui dicitur
diabolus et satanas seducens orbem.
expulsus est in terram et angeli eius cum
eo expulsi sunt. Draco princeps diabolus
est. angeli eius homines sunt mali et
spiritus inmundi. Omnes cum suo principe ex
pulsi sunt in terram. Terram carnales homines
dicit qui terrena diligunt cum dicatur
terra es et in terram ibis. ab his spiritibus
excluduntur qui in terram expulsi sunt
conculcandi pedibus sanctorum sicut scriptum
est. super aspidem et basiliscum am
bulabis et conculcabis leonem et dra
conem. Non quod sancti pedibus eos concul
cent cum malum pro malo non reddant.
sed quum illi amant terrena. sancti celestia
anhelant. et nihil terrenum desiderant
et tribulationem et paupertatem et qui
nimietatem tolerant super ipsos mente non
corpore ambulare dicuntur. Quia Christus
exemplum sequentibus reliquid. cui etiam po
testatem dedit suis calcare serpentes
et scorpiones et omnem uirtutem inimici.
Et audiui uocem magnam in caelo di
centem. modo factum est salus et uirtus
et regnum dei nostri et potestas Christi eius.
Vox magna in caelo uictoria est Christi et
salus quem dedit ecclesiae suae quum in carne
apparuit. Omnia regna mundi seruitium
ei id est. et idola destruxit quia nihil
uidebantur esse ante eius aduentum et
patriarchis et prophetis spiritu habitabat sed
non uidebatur. Postquam uenit dixit
multi reges et prophetae concupierunt uidere
que uidetis [...] me in carne. Beati oculi

UVA.BHSC

Tunc illi dixerunt

qui videant que vos videtis. Felices aures
que audiunt que auditis. Modo facta
est salus dei nostri quia proiectus est accu
sator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante
conspectum domini nostri die ac nocte. Et
ipsi vicerunt eum in sanguine agni
et propter verbum testimonii eorum non
dilexerunt animas suas usque ad mortem.
Sicut quidam putant angelorum vox est
ista de superiore dicentia celo, nequaquam
dicerent accusator fratrum nostrorum, sed
accusator noster. Nam accusat seducit
subuat (?). Quod si iusti in terris positi
angeli appellaverunt fratres suos, non est
gaudendum missum esse in terra dia
bolum et homines in terra habitare.
Sic ut est intellegendum gaudium est
homines habitare cum demone. Sed
ut supra diximus, apostolorum esse
dicimus vocem esse qui diabolum cogno
verunt ligatum teneri, et dei filium
incarnatum in sanctis suis regnare, cum
dicerent modo facta est salus et regnum
dei nostri quia confusus est accusator fratrum
nostrorum qui accusat eos die ac nocte, quod
nunc iniectu videtur esse. Scriptura
enim sacra sepe diem pro prosperis,
noctem vero pro adversis ponere consuevit.
In die ergo et nocte accusare non cessat,
quia modo nos prosperis, modo in ad
versis accusat. In die accusat cum
in prosperis, modo in adversis accusat.
In die accusat cum in prosperis multa
nobis verbo aut facto aut cogitatu
insinuet. In nocte accusat quum in
adversis nos non habere patientiam
demonis est. Ita adhuc esse in celo.
Si enim in terra maledicunt dicentes.

ve vobis terre et mari. Ista qui in celo non
erant quod est proiectu, terra et mare homi
nes mali sunt. Quia descendit ad vos
diabolus habens iram magnam, sciens quoniam
breve tempus habet. Descendere diaboli
est in terra et mari, id est in hominibus malis
habitare. De celo deicitur cum sanctis expel
litur ubi delectatus a sanctis descendit in suos.
Multi enim non possunt celi fieri, nisi diabolo
excluso. Et cum exclusus fuerit ab eis,
tunc dicitur ultra diaboli locus ultra
inveniri non esse in celo. Et quum vi
dit et draco quia exclusus est in terra, per
secutus est mulierem que peperit mas
culum. Quanto enim diabolus deicitur,
tanto magis persequitur. Et date sunt
mulieri due ale aquile mulieris magne
ut volaret in heremo in locum suum ubi
nutritur illic tempus et tempora et dimi
dium temporis a facie serpentis. Duas
alas duo testamenta dicimus esse que
accepit quo serpentem fugeret in here
mo in locum suum. Qui illi ducatus est,
id est homines malos, sicut dicit: Ecce
mitto vos sicut oves in medio luporum.
Tempus et tempora et dimidium temporis
a passione domini dicit usque in finem
seculi. Sicut iam supra diximus. Et
misit serpens ex ore suo post mulierem
aquam velut flumen. Iam supra
diximus serpentem diabolum esse. Aquam
vero velut flumen populus est persecutoris
ecclesie. Cum sanctos spiritaliter decipere non
potest, populum incitat contra ecclesiam
ut eos semper unde accuset habeat,
sicut dicit. Ut eam a flumine au
ferret. Et adiuvit terra mulierem et
aperuit terra os suum et absorbuit flumen

UVA.BHSC

quod misit draco de ore suo. Ceterum hoc loco xps filius di est intellegitur sicut scriptum est. Ceterum nsu dedit fructum suum. Et scos suos qui in eo germinant.

Nam dns nr xps qui in terra pellit pro nob et saus persecutionis a nobis removet cum ipsa terra sedet ad dexteram virtutis quotiens enim persecutiones eccle in rogantur sce terre precib; admovetur. Quum enim mali persequuntur ecclesiam. tunc boni passionem dni ad memoriam reducentes in terris flagella letantes cuncta equanimiter portant adversa. Et iratus est draco in mulierem et abiit facere bellum cum reliquis seminis eius cum servanti mandata di et habentes testimonium ihu xpi.

Non quod diabulus sic est proiectus sicut legimus eum de celo proiectum quum in illo suo vase antixpo habitaturus est in finem qui adhuc modo ligatus tenetur quum adhuc aperte ecclesie non debellat. Quum et multos uidemus alios plangentes alios post lapsum penitentiam agentes redire. Postea quum uero in illo suo vase ingressus fuerit. tunc nemo convertitur quia omnes quos in studio vitae convertitur quia omnes quos in studio vitae carnalis invenerit sub iugum sue dicionis rapiet. Sed tamen ante oportet eliam predicare et paucis temporibus esse et postea eu consummato certaminio. et sic mensib; predicatio elie luctantem eum de celo ubi habitat potestatem ascendi usque ad illud temp; et angelus refugis universos. Sic et antexpm de inferno suscitare paulus apostolus ait. Nisi prius venerit discessio et apparuerit homo peccati filius perditionis et adversarius qui se elevabit super omnem quod nominatur ds aut quod colitur. Sed quia ante et elie predicante multi ex his qui tunc ex iudeis ad cognitionem veritatis redeunt. et in inferno cum iudei crediderint gravissimus persecutionis antixpi tempore sancta lau ua predicatio nre ek minister iniquitatis non recipiunt sed restitutis eos vinculis dolores premunt. et in medio eorum predicatores non egredientur qui ad corda privatorum predicatio non pervenit adum lingua bonorum ligatur tribulationib; tacet. Erunt enim tunc multi ex iudeis infidelib; qui eosdem ipsos qui ex iudeis crediderint persequuntur. Nunc vero spatium est quod tunc spatiolum futurum erit. Dicit enim iratus draco nam in mulierem habiit facere bellum quum reliquis seminis eius. Et dixit cum scos non posse continuari in persecutione. quod sce terre in conlunctione magis ac magis se animat misterio facinoris insistere. que posse semper insidiari sicut dicit.

Et stetit sup arenam maris. Stetit sup multitudinem ppli sui ubi et rex esse dinoscitur.

EXPLICIT EXPLANATIO MULIERIS ET DRACONIS

INCIPIT STORIA BESTIE

UVA.BHSC

ET EIUSDEM DRACONIS:

Et vidi ascendentem bestiam de mari habentem cornua decem et capita septem et super cornua eius decem diademata et super capita eius nomina blasphemie. et bestiam quam vidi similis erat pardo. et pedes eius sicut ursi. os eius ut leonis. et dedit ei draco virtutem suam. et vidi unum de capitibus quasi occisum in mortem. et plaga mortis eius curata est. et miratur est omnis terra retro bestiam. et adoraverunt draconem quia dedit potestatem bestie. et adoraverunt bestiam dicentes. Quis similis bestie huic. aut quis poterit cum ea pugnare. et datum est ei os loquens magna et blasphemia. et data est ei potestas facere menses quadraginta duos. et aperuit os suum in blasphemiam ad deum blasfemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui in celo habitant. et datum est ei facere bellum cum sanctis et vincere eos. et data est ei potestas super omnem tribum et populum et linguam et gentem. et adoraverunt eam omnes habitantes terram quorum non est scriptum nomen in libro vite agni qui occisus est ab origine mundi. qui habet aures audiat. qui in captivitatem duxerit in captivitatem vadit. qui in gladio occiderit oportet eum in gladio occidi.

hec est patientia et fides sanctorum.

EXPLICIT STORIA:



UVA.



BHSC

INCIPIT EXPLANATIO

SUPRA SCRIPTE STORIE

Et uidi de terra ascendentem bestiam
de mari. supra dixit ascen
dentem bestiam de abisso. Nunc
dicit de mare. Hec due bestie
unum est. mare et abissus unum est.
de qua dixerat ascendere secundam bestiam.
quod est mare. hoc abissus hoc bestiam.
Ergo populum uidit de populo ascendentem
Id est nascentem sicut flos de radice
descendit. sicut et filii uenenorum cum
semine moritur uno tempore et ipso se
mine renascitur. sic homines mali
cum sint suo tempore moriuntur
et ipsis alii aliqui eos imitando nas
cuntur. Sic enim Iohannes babtista
dixit Iudeis progenies uiperarum quia
sicut de uipera nascuntur uipere sic
et quum de homines malos homines mali.
qui eos in opera imitantur licet carne non
sint filii imitando filii dicuntur
sic enim dicimus filius diaboli imitando
diabolum. sicut filios sanctorum et semen
sanctorum imitando sanctos. et dicimus filios
dei imitando deum. Ita intellegendum
est bestiam ascendere de terra. Hec
tota enim una bestia est. solum dia
bolus qui proiectus est de celo. Id est
serpens antiquissimus numquam de
hoc mundo ut homo transiit sed in
officio et opera unus cum bestia est.
et [illa] bestia non in uno loco requiritur.
quia in homine omnino est mundo.

sed quia per reges hec bestia regnat pro inde
regno romanorum qui pene omne mundum
sue dicioni subiugauit. pro in finem
mundi per decem cornua et se partitur capiat
cum uenit Xpo in toto orbe regnare dicitur.
Hec est bestia terribilis que in daniele mi
rabilis et fortissima scribitur. Dentes
ferreos habebat magnos comedens at
que comminuens et reliqua pedibus suis con
culcans. Quartum quod nunc orbem
tenet imperium romanorum est. de qua
in statua dicitur. tibie eius ferree pedum
quedam pars ferrea. quedam fictilis.
Et tamen in ipsius ferri comparatione hunc memi
nit dentes eius ferreos. et manus esse con
tempnatus. Sed quamque miror. quare tres bestias
leenam. ursum. et pardum id in leena
capitur aurum quod est regnum babi
lonium. In urso pectus et bracchia de argento
quod est regnum persarum et medorum.
In pardo uenter et femora que here quod est
regnum macedonum. Romanorum regni
nulli bestie comparatur. sed terribile
solummodo dixit. Nisi forte ut tamdiu
et metuendum faceret bestiam uocabu
lum tacuit. ut quidquid ferocius
cogitaueritis in bestiis hoc romanos in
tellegatis. Dum uno imperio romanorum
omnia simul regna cognoscimus que prius
fuerunt separata. Illud autem quod se
quitur comedens atque comminuens
et reliqua pedibus suis conculcans signi
ficat omnes gentes. ut interfecerit aut ab
eis ut tributarios subiugatus. et habe
bat cornua decem reges enumerat.
qui fuerunt seuissimi. Ipsos que reges non
unius ponit regni uerbi gratia mace
donie. Sirie. Asie. et Egipti. sed diuersis

UVA.BHSC

Inter ad mundo regnis uno efficit regnū·
Si ille hunc decem cornua decem regib; dicimi
per quos facti sunt in eorum persecutione
cuncti martirum catalogi credimus
et pietatem decem regib; esse futuros in fine
mundi. Inter quos unus xps cum quo occisus
cum septem erit regnaturus. quod nunc
septem capita nominat et bestia mira
bilis et ceteris bestiis dicitur dissimilis.
Sed agnus aduenit ... diuersus eum in cer
tamine surgens moriens predam excussit.
Et hic agni et bestie nunc consortium esse
uidetur in ecclesia. Bestia autem gene
rale nomen est consortium agno.
Sed in narratione pro locis intellegendum
est qualem partem bestie dicat cum
et ipsa bestia unum corpus est. sed dis
tincte multa membra habeat. ali
quando enim diabolum dicit bestiam
aliquando corpus est quod infideles id est
sine baptismo. Aliquando unum de
capitib; ipsius bestie quod quasi occisum
resurrexit quod est iniquitas uere fidei
id est xpianos in ecclesia multos.
Aliquando prepositos solos dicit bestiam
id est episcopos uel sacerdotes qui carna
liter uiuunt in ecclesia. et tamen hec
membra unum corpus est. Nunc ergo
bestiam ascendentem de mari corpus
diaboli dicit. Habentem cornua
decem et capita septem et super
cornua eius decem diademata
et super capita eius nomina blasfemie.
Cum his cornib; et capitib; suis uniuersa est
draco in celo id est in ecclesia. Quod autem
dicit super capita est nomina blasfemie
In hoc intellegendum est quod homines
multi et martires mundi reges suos deos

appellant et non deum qui fecit omnia.
et cuius sunt omnia. sed reges suos aut
quos et iam mortuos uiderunt et
uelut in celum adq; inter sanctos esse suis
lutos esse contendunt. alio namque loco
nomen blasfemie dicitur cum se in ecclesia
ecclesiam dicunt et ecclesiam persecuntur.
Et bestiam quam uidi similis erat pardo
et pedes eius sicut ursi os eius sicut leonis.
Pardo propter uarietatem gentium similitudo.
Urso propter malitiam et uersutiam.
Leoni propter uirtutem corporis et lingue
superbiam. Et dedit ei draco uirtu
tem suam et sedem suam. Draco potes
tatem dedit bestie quia in ecclesia
habet falsos fratres qui ecclesia uidentur
esse et ecclesie non sunt. et per eos dia
bolus operatur suum exercet quos in ecclesia
uult decipere. propter ea dixit ecclesie.
Scio ubi habitas. ubi sedis est satane.
Ipsi decipiunt simpliciter in nomine uirtutes
et signis et prodigiis mendacis qui
pereunt sicut dicit. Et uidi unum
de capitib; eius quasi occisum in mortem
et plaga mortis eius curata est.
Iam supra in bestia septem capita diximus.
Iste uero octaui est ipse est quem diximus
qui sub nomine scitatis ecclesiae uidetur
esse sed in ecclesia non est. quia hunc si
mulacrum sibi diabolus adinuenit
ut sub nomine religionis religiosus decipiat.
Hunc caput dicit quasi occisum in morte
et plaga mortis est curata id quasi xpm
crucifixum sequuntur. crucifixi nunc
sunt. quia non pro deo seculi honores
portant crucis xpi laborem. Hos sanitas
quia octaui est sed uertitur tamen
de septem est ipsum figmentum sed sequ

UVA.BHSC

ficatur ab ipsis cupiat licet ipsa bestia cum ceteros sanctos interficiat. et illa dicat se habere capita xpm quod habet plagam de gladio et vixit. id est qui mortuus est et resurrexit. veritatem tantum et separatim tantum occultis est.

Et admirata est omnis terra post bestiam.

Talem habet diabolus in terra coetu qui deforis in vestitu ovium apparent intus autem de intus sunt lupi rapaces. Proinde cum aliis hominibus qui aperte mali sunt non deprehenduntur sed sancti existimantur. quia cum eis una confessione et una actione coniunguntur. et hos habet diabolus in terra coetu et populum sub nomine sanctitatis mediatorem. Proinde facit eius legione nominum ne diceret. mirata bestiam secuta. et si diceret si aperte mali fuissent. bestia videretur esse. Sed quia sanctitatem simulat. et quod quasi benedictionem in ipsis mittit erat. proinde dicit. miratur est omnis terra secuta bestiam. Terra hoc loco carnalem populum dicimus quia celum coetum diximus. miratus est ergo omnis populus suus per sacerdotes suos sibi similes secutus bestiam id est diabolum ut ipsum simulacrum quod illis diabolus invenit. ita sub nomine capitis vere occisum esse iudicant id est xpm suos socios faciat. Spiritus dicit bestiam. verum illi non faciunt sed lingua xpm se dicunt sequi. Et adoraverunt draconem qui dedit potestatem bestie. Illi in lingua dicunt adorare se dominum qui dedit potestatem xpo. id est xpm cognoscunt in carne venisse. Bestia enim deinceps capita illud quod velut occisum in mortem dicit. et notat quia non occisum dicit se quasi occisum. quia xpianum non sequuntur in passione sed solum nomine sancti volunt esse. proinde dicit capita quasi occisum. Tunc eius legione facit nominis tantum corpore. id capita cum bestie terre nomen dedit dicens. et mirata est omnis terra secuta bestiam. Ipsud capita qui sunt sacerdotes quem in terra repetam occultum diximus ipsum mirantur et sequuntur populi ut aperte intellegas quod ipsa capita dicit bestiam. et ipsum bestiam terram ut alium dicatum est pro loco intellegendum est. Et adoraverunt bestiam dicentes quis similis bestie aut quis poterit pugnare cum ea. Illi dicunt quis similis xpo aut quis illum poterit vincere lingua profitentur sed factis bestiam sequuntur. Et datum est ei os loquens magna blasphemia.

Hoc omnibus generaliter dicit hoc est toto corpore dixit datum est illis scripturarum eloquentie lingue. et os magnificandi et lucrandi se ut celestia loquendi. Blasfemium vero dixit datum cum non aperte sunt contra coetum quam quasi uni se dicunt esse et quam se dei filium dicunt dei filios insidiantur. Et datum est ei potestas facere menses quadraginta duobus. Hic de solis quadraginta duobus mensibus dixit. quod sunt anni tres et menses sex. De uno xpo regno et nunc in pace sub religione contra coetum mediatur quod tunc in pugna aperte ore dicunt. Denique

UVA.BHSC

107

aperuit os suum in blasphemia ad dm̄.
Ante enim per tres annos et dimidium
malores quod supra diximus a passione
dn̄i usque adventum xp̄m non aperto
ore blasfemabant ecclesiam sed sub tegmine
sanctitatis in ministerio facinoris. at u-
bi dum autem p⁹ adventum ante xp̄i
cum factus fuerit discessio id est aperte
superatus fuerit ecclesia et revelatus
fuerit in toto mundo homo peccati
tunc nudabitur et aperietur et in
telligitur. et cognoscitur illud quod
ante sub religione occulto ad dm̄ lo
quebatur blasfemias. Nam modo
quasi catholica loquuntur. sicut enim
loqui dr̄ dicit malos ad dm̄ ut sedu
cant. Saulus saulum loquitur.
et cor est unum intellegit ut perficiat
scelerata. et loquitur ad dm̄ seduc
tionem ut dispergat animas eorum
et tamen et animus sicut (?) in inter fuere.
Quis loquitur ad dm̄ seductionem nisi
qui ad hoc simulat se do servire ut
decipiat. ad dm̄ enim loquitur qui
sca verba loquuntur catholica.
Sed ad hoc locuntur ut per omnia sim
plices et incautos per hec verba seducere
manducatorum xp̄i inmemores qui fac
ti sunt seorum. et per hec verba cathedra
mosi adplicantur et primus cathedras
et primos honores concupiscunt.
ab hominib⁹ magistri nuncupentur sic
et cum foris ecclesia aperte blasfema
bunt. sed eos quos solebant occulte
blasfemare. sicut dixit. aperuit
os suum in blasfemia ad dm̄.
Blasfemare nomen est et tabernaculum
est. et eos qui in celo inhabitant.

et tabernaculum in quo est domus uero
in habitatione. ergo tabernaculum
servi di sunt. quia de ecclesia peregrinando
in hoc mundo nicil cupiunt habere.
Celum ecclesia est. Quod sit tabernacu
lum dei corporaliter dicens. eos qui in celo
inhabitant. id est eos quos pure xp̄m sequi
considerant. sed non ut dicitum est
aperto ore non dicunt hic non sunt
sci quos videmus sed ipsi sunt sci solum
perfecti qui in cubiculis inclusi attinent
vita in heremo in solitudine morantur.
Num istos meliores a nobis esse non per
picimus. hec ut dixi non ad deceptionem
loquuntur. qualiter simplices et igna
ros decipiant. qui forte esse aliquando
boni esse debuerunt sicut dicit.
Et datum est ei facere bellum cum scis
et vincere eos. hos quos supra diximus
simplices quos decipiunt. qui aduc
boni credebantur iam victi sunt
id est parte quod vinci potest. et
quia ignorantia (?) sunt luce
et tenebras iam unum esse pronuntiant
id est ecclesia et sinagoga. unum habere uitu
circumeunt. quia iam aperte decepti.
et cum bestia corporati in tenebris
ambulant. et datus est ei potestas
super omnem tribum et populum et linguam
et gentem et adorabunt eum omnes
habitantes terram. omnes dixit sed
habitantes in terram ipsam terram
quam supra diximus id est carnales. nam
celum ecclesia est et diabolum et bestiam
non adorant sed solum habitantes
in terra sicut dicit. Quorum nomina non sunt
scriptum nomen est in libro vite agni
occisi ab origine mundi. unum

UVA.BHSC

corpus per multa membris intellegimus. Supra dixit adorabunt eum omnes inhabitantes terram. Hanc terram diabolus habet corpus quia nomen diaboli non est scriptum in libro vite agni sic et de toto eius corpore cum eo signati ab origine mundi. Quam prius quam esset in effectu signatus est in initatu in prescientia dei. De agno vero et bestia que ab origine mundi non est scripta in libro vite cum agno. Qui habet aures audiat. Quod omnis spiritus et dicta que aliter quam dicuntur intellegenda sunt tali concludit qui habet aures audiat. Id est qui aures cordis habet intellegat. Certi tali cum Christo resurrexit nihil requirat in terra sed que sursum est querat. Nec dum terrena sectatur capitibus a celo in infernum mergatur sicut dicit. Siquis in captivitatem vadit. Siquis cum gladio occiderit. Hic est patientia et virtus sanctorum. Qui sunt captivi nisi hii qui a dracone et bestia sunt decepti. Omnis enim qui captivum ducit si eum occiderit non bellatorem sed captivum occidit. Hec est seductio quem supra diximus qui fit in effectu per sacerdotes nequissimos qui se simulant deo servire et simplices decipiunt ut sibi sequaces adquirant qui nec ipsi unum sunt cum bestia. Describit generaliter bestiam in ipocrisin id est in simulatione sanctitatis. Deinceps vero alterum bestiam describit, qui est aperto ore blasfeme in solis prepositis id est de episcopis. Similiter ipocrisin non occultat sicut supra diximus in bestia quam discripsimus sed aperto ore revelat.

EXPLICIT : EXPLANATIO : DRACONIS : ET BESTIE :

INCIPIT STORIA TERTIE BESTIE :

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra. Habebat cornua duo agni similia et loquebatur quasi draco et omnem potestatem prioris bestie faciebat in conspectu eius et facit terram et eos qui in ea habitant adorare bestiam. Illam priorem cuius curata est plaga mortis eius. Et facit signa magna ut et ignem de celo descendere faciat in terram in conspectu hominum et seducit eos qui in terra inhabitant propter signa que data sunt ei facere simulacrum bestie sicut habet plagam gladii et vixit. Et datum est ei dare spiritum simulacro bestie et faciet ut quicumque non adoraverint simulacrum bestie occidantur. Et facit omnes minimos et magnos et divites et pauperes et liberos et servos ut det eis notam super manum eorum dexteram aut supra frontes eorum. Et ut nequis possit vendere aut emere nisi qui habet notam aut nomen bestie aut numerum nominis eius. EXPLICIT STORIA.

UVA.BHSC



INCIPIT EXPLANATIO
SUPRA SCRIPTE STORIE;

Et uidi aliam bestiam ascen
dentem de terra ·
Iam supra exposuimus mare
et terra hominibus esse. Id corpus
diaboli aliam bestiam ascen
dentem de terram · De terra quippe ascen
dere est · de terrena uane gloriae supra ·
quod est hoc mare hoc terra · aliam
dixit de officio sed una est · · ·
mare fluctuantia terra quieta est · mare
est populus · aperte malus terra est episcopi
sacerdotes et religio falsa qui sublime
scitatis non uidetur in secto fluctuare

sed quasi quiete se agere · et sanctum
simulare · sed sancte non sunt quietam
iam hoc bestia aperto ore blasfemare
quem in supra dicta bestia · occulto
ore blasfemabunt · et illa que habet
capita septem et ista una est sed
de ista septem capitibus est que supra
diximus occisum capita quasi
occisum id quasi sub xpm crucifixum ·
sed quia in bestia occisum capita
esse uidebantur · et quod occulte sanctum
blasfemabat · iam in hac bestiam
aperte blasfemat quos occulte sole
bat blasfemare · et quia supra de
mare et dracone exposuimus · et bestiam
et unum esse diximus · adhuc restat ut
aliquid disseramus qualiter istam
quem exponimus demonstremus ·

·· sed alia ista ... aliud ...

UVA.BHSC

Quod uero appellatione muris nisi cordi
carnalium tumidis cogitationibus
fluctuosa. Quid autem draconis nomine
nisi antiquus hostis exprimitur qui
pummentis secularium possidendo
penetrat quasi in eorum lubricas cogi
tationes natat. Bene ergo dicitur uidi
ascendentem bestiam de mari. et alia est
dicta ascendere de terra. que cum
ipsa est una. et habet agnum et
bestiam priorem facit mediam ut
decipiat et agnum simulat ut
agnum inuadat. Sepe enim de uiri
melioribus concupiscit sed tamen et
diuino iudicio cunctas mirabiliter
disponente. subtrahit pro explendis
uoluptatibus carnis alonge. uitaret
uitae presentis cupit sed tamen ubi
sub celerantur rapitur de quo per
psalmistam dicitur. Saciata
aquas quasi transiret. aque quippe in
uenire sunt cum lubrica est desideria
que nocere agno desiderat operis effec
tum non inuenit sub carnali corde.
deprimitur. Hec bestia de terra prepo
sita. mali sunt in electu qui suis uolup
tatibus student. falsa de corde suo pro
phetant. Hec est bestia qui facturus
est signa et potentia et mendacia
ante illum. in conspectu hominum
id est ante quam ueniat antichristus.
Et habebat cornua duo agni simi
lia. Id est duo testamenta legem et
euangelium per quem prophetare si
mulat. et alios suos agnum repre
sentabat. et simulata speciem
lucet hominis et loquebatur quasi
draco. Loquitur autem diaboli mu

lta plenus. hic facturus est signa in
conspectu hominum uel mortuum
uidetur surgere id est per predicationem
quasi mulos uidetur conuertere sed
in conspectu hominum. hec est illa se
ductio ad dominum agnum prefert quod
draconis uenenum latentis inferat.
Agni enim similis non esset si aperte ut
draco loqueretur. Nunc agni fingit
quo agnum secutum deuertere. ad dominum
loquitur. quod dominum queretis tanta ue
ritatis astutia. propterea dominus admonens
cetum suum sicut [illegible]. cauete ab pseudo
prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces.
Lupi quid significare uidentur debemus
aduertere. Bestie namque sunt quibus in
diuntur ouibus circa pastorales uen
culas habitacula domorum et pasto
rum in ira non uident. Somnum
canum ubiquam ut pigritiam
pastoris explorant. ouium in guttura
inuadunt uacuitas strangulant. Feri
rapaces idemque natura corporis rigidiori
sunt se facile non possunt inflectere.
Impetu quodam suo feruntur et ideo
semper leduntur. Tunc propterea sicut
priores hominem uiderint. uocem eius
quadam natura ui feruntur eripere.
Si autem homo prius eos uiderit exagitans
memorantur et ideo [illegible] mihi ista.
nisi in [illegible] spatium [illegible]
[illegible] grauia non potuerit sepul
gere. lupi me prius uidisse creduntur
et sollemne uoces exadmisse auxilium.
Nonne lupis sicut [illegible] qui aperte contra
cetu sunt [illegible] heretici comparandi
sunt. qui insidiantur ouibus christi.

UVA.BHSC

Fremunt circa caulas nocturno magis
tempore quam diurno. Nocturno quia
in nocte ignorantiae praedicant. quod per
diem facere non possunt. quia a sapi
entibus deprehenduntur. Nox ignorantiae
est a qua dies sapientiae. semper enim per
fidis nox est qui lucem xpi sceleris tenebris
in nocte praevaricationis obducere. et quantum
in ipsis est fuscare conantur. Versantur
enim circa caulas. id est circa separatim electus
stabula autem xpi intrare non audent
id est in electa quae lux est intrare non prae
sumunt. et ideo non sanantur quia
in stabulum suum non vult xps eos
inducere. in quo curatus est ille qui de
hierusalem descendens incidit in latro
nes. quem vulneribus alleuatis infuso
oleo et vino imponens in iumentum
suum samaritanus ille id est xps in
corpore suo duxit in stabulum et tra
didit stabulario. id est episcopis sanctis
dereliquid non accipiunt ergo me
dicinam qui medicum non requirunt.
Si enim requirerent non aperte desaevirent.
explorant pastoris absentiam.
et ideo pastores eicere vel occidere
vel exilium mittere conantur
quia praesentibus pastoribus oves xpi de
vorare non possunt. expoliare ergo
gregem domini rapto pastore conantur
qui corporea undique carnea quanta
spatia metiantur in natione sed duri
ac rigidi nequaquam solent a suo
errore deflectere. et ideo apostolus ait
hereticum hominem post unam correp
tionem devita sciens quia subversus
est. quae est modica est os scripturarum
verus in nocte praeter xpi in ludia ua in

ante suos innuunt. effundunt impietatis
et nocere non possunt. quisque quem
piam versutae disputationis suae circu
scriptione praevenerint faciunt ob
mutescere. mutus est enim qui verbum
dei non eadem qua est gloria confitetur.
Cave ergo ne tibi vocem auferat hereticus
si prior eum non ipse deprehenderit
serpit enim dum latet eius perfidia.
Si autem fraudem impietatis eius agnoveris
latrantem impie vocis timere non poteris.
Cave igitur versutae disputationis ve
nena. animum petunt guttur in
vadunt mortalibus vulnus infigunt
graviores sunt morsus hereticorum qui
ipsis graviores et rapaciores bestiis
nullum avaritiae finem impietatisque
noverunt. nec vos moveat quod
formam praetendere videantur humanam.
et si foris homo videatur intus bestia
fremit. Bene ergo dominus dixit veni
unt ad vos in vestitu ovium intus
sunt lupi rapaces. ex fructibus eorum
cognoscetis eos. Siquis ergo specie
movetur fructum interroga audis
aliquem sacerdotem dici rapinas
eius agnoscis vestitum habet ovis
fructum praedonis. foris ovis intus
lupus est qui modum non habet ra
pinarum. Tam quam in nocte siccato
membra duratus gelu cruciatus
ora circum volat quaerens quem
devoret. Non nobis videatur lupus
qui humanae mortis insatiabilis
crudelitate fidelium morte pastorum
rabiem suam desideravit explere.
ululat iste non tacet qui nequit a
vocis auctorem iste est qui cum

UVA.BHSC



discipulus cupiebat esse et non sim
pliciatis sed fraudulentiae dño ait.
Magistrum sequar te quocumq; ieris. ad
quem dñs dixit. uulpes foueas habent
et uolucres celi nidos ubi requiescant.
nam filius hominis non habet ubi
caput suum reclinet. uidebat
mentem eius more uulpium astutiorem
et uolucris .i. demonis in eodem mo
runtur. sed dñs non obsequiorum
speciem sed puritatem quaerit affectus.
Denique sicut ait. qui cumque receperit
puerum istum in nomine meo. quo loco
dñs simplicitatem sine superbiam
docet caritatem sine inuidia deuo
tionem sine iracundia esse debere.
Nam pueri mentis profectionis affectu
recipiendus suadetur. quia dum puer
nihil sibi uindicat formam uirtu
tis exequitur. et si rationem facere
nescit culpam ignorat. tamen
quia inmulatis non uirtutis sed infir
mitatis uidetur sine ratione simpli
citas. iuuat uerum recipius adimone
ris et ideo ait qui cumq; receperit
puerum istum in nomine meo me recipit.
et qui me recipit recipit eum qui me
misit. Qui enim imitatorem xpisti re
cipit. xpm recipit. et qui imaginem
di recipit. recipit dm. Caput xpi
ds est .i. diuinitas qui in adstutiosu
mentem non habitat. proinde quan
tum potest homo sincerum exibeat
fidem et obseruantiam mandatorum
religiosa mente custodiat ne dicatur
ei uulpes foueas habent. uulpecula
enim fallax est animal et insidiis semp
intentum. et rapinis fraudis exercet.

Nichil apertum nihil ociosum nihil pu
tatur esse securum quod intact ipsa
hominum corpora quam predam requirat.
Hereticos autem uulpes conparat. deniq;
cum genitatis uocat hereticos excludit.
Duo discipuli uenerunt unus dixit se
quar te. alius dixit dimitte me primu
ire et sepelire patrem meum. et dñs ait.
mortui sepeliunt mortuos suos. tu me
sequere et uade adnuntia regnum di.
Alteri dixit. uulpes foueas habent. et
ideo filius hominis qui habundanta
iniquitatis non habet ubi caput suum
reclinet. Itaq; ut intellegas dm non
culas ueritatem expellere sed fraudem qui
repudiaberat fraudulentiam eligit in
nocentiam dicens. sequere me. sed hoc
dicit ei cuius patrem iam sciebat
mortuum .i. diabolum. de quo dictum
obliuiscere domum patris tui. hoc illi
non dixit in quo uulpes habitare con
sperit. uulpis enim plerumq; fraudis
est animal. animarum foueam parat
et in fouea semper latere desiderans.
Isti sunt heretici qui domum sibi parare
non sciunt sed aliorum serpationis suis
alios decipere conantur. Simplex
semper domum habitat. hereticus
uero in fouea est. tum quam fraudulen
ter uulpes galline ille extre dolum semp
intentis de quia scriptum est. quocies
uolui congregare filios tuos. sicut
gallina pullos suos et noluisti.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

lata et hista in conspectu hominum et signa
uera ostendunt sed in conspectu hominum.
Ad sacrante enim pplm ducatur sps babtizandi
siue sacerdotii ordinandi siue reconciliandi
siue baselicas sacrandi. Et seducit eos
qui habitant in terram. utique per hoc
signa uera perfecturata seducet eos. non
ut in celestib sed in terrenis habitantes
suis facias adherere in cubilib et h... num
id in occultis et in domib eorum. Et seducit eos
qui habitant in terram. id est cum ille
seducit quem bestia prouabimus. seducit
eos per hoc signu sacerdotali que data
sunt ei. facere simulacrum bestie que
habet plagam gladii et uixit. id quasi
sic faciunt quasi xps qui mortuus est et
resurrexit. per hoc carismata seducit
terrenos sel prius facere simulacrum bestie.
Et datum est ei dare spm simulacrum
bestie. id ipsi pplo ut qui hanc imple
uerint et obseruauerint bestie. reconsig
nando simulacrum ostendit. utrumque
dare spm unum dicit carismatum scm id
celestem uel terrenum spm proprium disci
pulum tradere nostri. Ignem facit de
scendere de celo. Ignis de celo sps scs est
qui descendit sup apostolos sicut in actib
apostolorum legimus. Et notat quia
duos spos dant unum de celo et unum
de terra. In utroque spu babtizantur. et
de hoc babtismo sci in sco spu proficiunt
prosilit uero ipsorum quod decipiunt
spm bestie. ut sint filii gehenne
magis qua ipsi proficientes in pedib in du
cta. rebellationem ipsius bestie dicens.
Et faciet ut qui cumque non adoraue
rint simulacrum bestie occidantur.
Simulacrum autem bestie pro loco intelli
gimus sicut bestiam. Aliquando enim
ipsum pplm dicit simulacrum. id quasi
nomine xpianum quod signis seducunt
fieri pseudo prophete id ipsi sacerdotes
aliquando ipsum similitudinem nominis
xpi dixit simulacrum. quia bestia
tota diabolus induit hanc simili
tudinem in qua ipse adoratur.
Pseudo autem prophete qui sunt sacer
dotes mali certissime ipsi seducunt
terrenos bestie simulachrum fieri
et faciunt occidi. si quis non adoraue
rit simulachrum bestie. Non illud
simulachrum quod seducunt fieri.
sed illut simulacrum cui similem
pplm faciunt. sicut in euangelio
dictum est. Qui fecerit mandata
patris celestis. erunt similis patris sui
qui in celis est. Ita et qui uolunta
tem diaboli faciunt similes illi sunt
et sub uno xpi nomine est qui habet
plagam de gladio et uixit qui est omnis
hic xps in sanctis suis. unum corpus est.
Ypocrites uero bestia qui hanc xpi in
uocationem mentiuntur. similiter unum
corpus est caput. est xps in suis. et
diabolus in suis. hec hec bestia cum
duob cornib facit ut superioris bestie
simulachrum adoret. Id est ut ppls
adoret diaboli ad inuocationem hoc
est sacerdotes suos quos caput quasi
occisum in morte dixitur. Et facit
omnes minimos et magnos et diuites
et pauperes et liberos et seruos ut dent
eis notam super manum eorum dexte
ram aut super frontes eorum. hoc enim ad
misterium pertinet. id est sacramentum
describit facinoris supra dixit facere

UVA.BHSC

qui cumque non adoraverint. Et hic
dicit facit omnes minimos hec facit
et faciet et facturum dicit quod tem
pore ante Christi aperte factum est. Et
nunc spiritaliter factum est. Sic denique
miscuit tempus utrumque dicendo facit
et faciet. Scimus enim quia VII in secta
Christum accipiunt in manu et in fronte.
In manu operatio intellegitur, sanctorum
in fronte cognitio est pectoris Christi que
sectantur et qui credunt et qui ope
rantur in secta manifestantur.
Ypocrite autem e contrario notam in
manu et in fronte habent sub Christi
nomine simulachrum bestie in opere
et cognitione. Ostendit preterea eum
unum bestiam bicornem multos
esse. Dum dicit facit, unum osten
dit. Et dum dicit ut dent eis no
tam multos insinuat seductos esse.
Magnum malum et non minimum
damnum quando unus pseudo
propheta seducit in nomine Christi, cum
Dominus dicat: multi pseudo prophete
exurgent et seducent multos. Hec
spiritaliter in secta geritur quod ante
Christi tempore apertissime factum
est. Et quia bestie septem capita
nuncupavimus, et octavum caput
pseudo prophete sacerdotes diximus,
nunc dignum est ut per ipsos reges
qui ante Christi significaverunt per
eorum gesta cognoscendo ante Christum
describam. Capita septem huius
bestie septem montes sunt in quibus
mulier sedet, id est civitas Romana.
Et sicut septem montes sunt et septem
reges sunt, quinque ceciderunt, unus
est, alius nondum venit. Et dum ve
nerit modico tempore oportet eum per
severare. Et bestia que erat et non est
et ipsa octava est. Intellegi oportet
tempus quando scriptura apocalipsin
edita est. Tunc et in hec visum est quia
tunc Cesar Domitianus. Ante illum
autem fuerunt etiam patres illius qui habue
runt potestatem Vespasianum, Vitellius
et Galba. Hii sunt qui ceciderunt
quando hec vidit Iohannes. Unus extat
sub quo scriptura apocalipsin, id est
Domitianus. Alius nondum venit,
Nerbum dicit. Et quum venerit brebi
tempore, biennium non implevit.
Et bestiam quam vidisti inquid de septem est.
Quoniam ante istos reges Nero regnavit.
Et octavus est et ipse octavus ante Christum
prefiguravit. Et venturus est et octavus
est et venturus erit. Ut modo cum
illa advenerit conputatus loco octavo.
Et quoniam in illo est consummatio, proinde
dicit: et in interitum vadit. Nam decem
reges quos supra discripsimus quos in signo
romano invenerit, hos reges accepisse
regalem potestatem quum ante Christus
moverit ab oriente, ut mittatur ab
urbe Romana cum exercitibus suis.
Hec cornua decem diademata Daniel
ostendit et tria eradicari de prioribus.
Hoc est reges duces primarios ab ante Christo
interfici, ceteros septem dare illis et h
onorem et consilium et potestatem,
de quibus hii meretricem odio habebunt,
urbem scilicet Romanam, et carnes eius
commedent et ipsam exurent igni.
Et dant signa et prodigia et miranda osten
debit ante Christus eorum carnalium oculis.

UVA.BHSC

lat ut ignem de celo descendere faciat
sed in conspectu hominum et non uerum
signum sed falsum. sicut odie magi per
angelos refugas faciunt et simulant
castitatem et mundiciam cum inpurissimi
sint et domum dni id est ecclesiam dissipant
et faciat ut imago uiuat ut antixpi in templo
hierosolimis ponatur. et in ea angelus
refuga et inde uoces reddat. Faciat
hinc etiam et antixps ut accipiant
serui et liberi notam in frontibus aut
in manibus dexteris numerum nominis eius id est
DCLXVI seducebat populum qui ad simili
tudinem xpi dicentis. ego sum A et ω.
id est primus et nouissimus. Faciunt ergo
numerum quem dixi. ut in numero inueniant
nomen ut notam. Numerus in quid est.
ACXC quod sunt in numero DCLXVI
quem faciemus secundum grecos. ACXME
quia primitus ut eum recipiant ad
oculum scribat. ACCCCXC sunt DCLXVI
que nota numerus est. Redactus autem
in monogrammatu et notam faciunt et
nomen et numerum hoc signo. ☧ In hoc
monogrammatu complet numerum nominis
sui quem faciebat in fronte et in manu
dextera quod sunt sub uno. TCCCXXV
et ille XV et remanent dicit TCCLX quos
regnaturus erat et supra diximus in mono
grammatu. ☧. id est litteram facere quod
est latine mono. id est unum GRAMA
id est litteram eo quod in uno caractere
complere admonet numerum suum quem
faciat in fronte aut in manu dextera
xps ergo ANTI. id est contrarius xpo. unct
enim contra dicitur quia in xpo se simu
latura esse ostensum. hos sensu simili
tudinem quam colat et cursu similem

faciat aduersarius lat ut faciebat hoc signum
in fronte aut in manu ut nemo possit
emere aut uendere nisi qui hunc signum
habuerit in manu aut in fronte.
Adspernationem autem dicit. et exacerbationem
daniel ante predixerat sicut dicit.
satanam templum suum inter maria
super montem inclitum et sanctum id est
ecclesiam ibi ponet imaginem auream
sicut fecit nabuchodonosor. ut sicut
diximus nemo possit emere
aut uendere nisi post ca
racterem hunc imagi
nem ado fuerit et
faciet ut qui non adora
uerit occidatur. et tribulationem ui
deuotur quem licet occidere. sic ergo
faciet ut nemo possit mercari nisi
qui habuerit notam aut nomen bestie.
aut numerum nominis eius id est nisi com
municauerit notam aut nomen bestie
aut numerum nominis eius unum erat
supra denique notam solum dixit.
ut det eis in manum aut in fronte item
post eum persinonima ostendit et
notam dici et nomen numerum nominis
eius. hec recolens dns admonens electos
de nouissimis temporibus et periculis illis.
Quum autem uideritis adspernationem
que dicta est per danielo propheta
stantem in loco sancto qui legit intelle
gat. adspernatio dicitur quasi deo
spernitur. Deus quod idola pro deo
colantur ut dogma hereticorum in
ecclesia introduciatur. eueersio autem est
quod instabiles et cumulos hominis
signis falsis et portentis seducat aut
uenturus saluator. Unum autem est

UVA.BHSC

capitalib(us) bestiae quem supra diximus
in pseudo prophetam esse tamen quae iugu
latum ad mortem et plaga mortis eius
sanata est neronem dicit · qui natus
xpm per figuram et quia natus xpm ·
natus xps qui nunc per totum pseudo sacer
dotes sub xpi nomine regnat · tunc aperte
per totum debacchabit · quia iudei xpm
crucifixerunt · et pro xpo neronem
natum xpm receperunt · hunc ergo susci
tatum ds mit[…]ere regem dignum
dignis et xpm […] qualem me
ruerunt iudei […] et quia non
habebit nomen […] nero anti
xpi sed aliud […] nomen adsumptu
rus est · [illegible] iniquum inscitatu
rus quod sic eum tamquam xpm exci
piant iudei · qui eis castitatem tamen in
dicat simulet · De inde ait daniel ·
deum patrum mulierum non cognoscet ·
Quum prius fuerit inpurissimus · et nullum
deum patrum suorum cognoscere · non
enim seducere poterit populum circumci
sionis id est iudeorum nisi legis se vindicatorem
demumque castos non idola colendo se
futurus sed ad circumcisionem colen
dum · Sic ergo quos potuerit seducere
latu post modum seducatus faciet co
gnitos sibi ut xps ab eis appelletur
et multa munera regis deceptis largi
getur et terram suo per eum dividet ·
et quos terrore non potuerit sub
iugare · blandiendo subiugabit per
munera · de inferno autem illum surgere
quem in prima bestia de abisso dixit
suscitatur verbo dni · aqua nutriet
illum et abissus auxit illum · qui
tamen licet et nomen inmutato veniat

a lateris numerus autem nominis est et numerus
est · Sic ait et litteris grecis in conpluribus
inveniuntur numeri · DCLXVI qui per
septem capita hoc est septem regna sibi
subditur septem nominibus nuncupabitur
et octavum nomen habebit quem supra
diximus · ACXIME · in quo nomine notam
in manu et in fronte facturus est · et
hunc septem nomina tractata usque conplu
nentur · littera EUANTAS · quod latine
dicitur serpens eo quod eva prius dece
perit · secundum nomen habet DAMNATUS
eo quod magnum damnum inlaturus est
mundo · tertium nomen habet ANTEMOS ·
id est abremnius uetmeao id est uno quasi
abstinens uino · quartum nomen habet
gotica lingua · GENSERICUS ·
Quintum nomen habet linguarum AN
TIXPS · Sextum nomen habet grece
TEITAN · Septimum nomen habet
latine DICLUS quo nomine contrarium et
perversum intellegimus · ANTIXPS · qui cum a luce
superna privatus sit adque abiectus · transfigura
se tamen in evangelium lucis praesumens
se dicere lumen · EUANTAS DCLXVI

require nomina

DAMNATUS DCLXVI
ANTEMOS DCLXVI
GENSERICUS DCLXVI
ANTIXPS DCLXVI
TEITAN DCLXVI
DICLUS DCLXVI
ACXIME DCLXVI finit

Hic est sapientia qui habet intellectum com
putet numerum bestiae · Numerus enim hominis
est id est xpi · cuius nomen sibi faciet bestia ·
Quaerant enim ad haec singulas litteras
huius numerum nominis quae conplent in aestimatione
quae sic · DCLXVI · FINIT

UVA.BHSC

+ OCTO NOMINIBUS NUNCUPATUR INSERTEM REGNA QUI EST BESTIA CUM SEPTEM

+	P	RO	A	I	PRO	T	CCC	PRO	D	D	PRO	E	V	PRO	A	I
+	P	RO	N	X'	BRO	E	V	PRO	I	I	PRO	V	CCCC	PRO	N	L
+	P	RO	T	C	PRO	I	X	PRO	C	C	PRO	A	I	PRO	T	CCC
+	P	RO	E	V	PRO	T	CCC	PRO	L	L	PRO	N	L	PRO	E	V
+	P	RO	C	IIII	PRO	A	I	PRO	V	V	PRO	T	IIII	PRO	M	X'
+	P	RO	H	VIII	PRO	N	V	PRO	X	X	PRO	A	I	PRO	V	XXX
+	P	RO	R	XXX	DC	LX	VI	DC	LX	VI	PRO	S	CC	PRO	S	CC
+	P	RO	I	VIIII	PRO ANTITFRASIN NOMEN SIBI							DC	XXX	DC	LX	VI
+	P	RO	S	XX'	IMPONIT. LUX EGO SUM INQUID.							BIS	NO	ME	N	GE
+	P	RO	T	C	ET EGO SUM XPS PER HOC ERGO							MI	N	U	M	~
+	P	RO	V	CC	SEDUCENS MULTOS. HUNC							CON	IU	N	GE	SD
+	P	RO	M	XXX	NUMERUM ET NOTA IN FRON							U	N	U	M	
+	D	C	LX	VI	TE FACIT ET MANUM QUAM							ET	IN	UE	NI	ES
+	P	RO	G	III	DECIPIT.							E	IUS	NO	M	EN
+	P	RO	E	V	ANTI CHRIS TI							ET	N	U	ME	RUM
+	P	RO	N	L	IN FRONTE ET MANU							QU	OS	SU	PP	O
+	P	RO	S	CC	NOMEN DCLXVI							TA	TO	S	IN	UNU
+	P	RO	E	VIIII								IN	UE	NI	ES	MIL
+	P	RO	R	C								LE	T	RE	CE	N
+	P	RO	I	X	NOMEN DCLXVI							T	O	S	T	RI
+	P	RO	C	XX	CARACTERES							G	I	N	T	A
+	P	RO	V	XXX	ANTI CHRIS TI							QU	IN	&	DI	ES
+	P	RO	S	CC	S	UB	T	RA	C	TOS	QUA	DR	A	GI	N	TA
+	D	C	LX	VI	QU	IN	&	RE	LI	COS	TO	T	TI	E	B	US
+	P	RO	D	IIII	RE	G	NA	BI	T	AD	U	ER	SI	A	A	S.
+	P	RO	A	I	BIS	DC	LX	VI	FI	U	N	T	M	I	L	LE
+	P	RO	M	X'	T	RE	CE	N	TOS	TRI	GI	N	TA	QU	IN	&
+	P	RO	N	L	TOL	LE	QU	A	DRA	GIN	TA	QU	IN	Q	UN	&
+	P	RO	A	I	RE	MA	N	EN	T	DI	ES	MIL	LE	DU	CE	TI
+	P	RO	T	CCC	NO	NA	GI	N	TA	AN	NI	TR	ES	ME	N	SES
+	P	RO	V	XXX	SEX	RE	RE	G	NO	IP	SI	US	AN	TI	CH	RIS
	P	RO	S	CC	DC	LX	VI									TI

CAPITA ET DECEM CORNUA SERPENS.

UVA.BHSC

INCIPIT MAGISTER E
IN TELLECTULI HUIUS
ENUMERATIO LITTE
RARUM

Si scire uis hunc numerum.
si latinus est. per litteras lati
nas ingredere primum et
collige rationem quantas
uel quales litteras latinus
facit in numerum qui per latinas
sub partitionem in cunctas
uoluuntur calculo. et in ipsis
repperies nomen antichristi
quod summa numero sexc. id est
diclux quod diriuato uoca
bulo dicitur diclux. qui ut
per septem regna separatim nunc
computantur nomina. et suum
nomen in eo perpetuantur. sicut
per numerum litterarum unus
quisque per suam linguam. ita
sicut latinus per latinas.
grecus per grecas. ita cunctas
per singulas.

et dum ut latinus numerum
per latinas cognoueris sic
per singulas recognoscis.
Et in cunctas nomina in ulfu
beto sedecim repperies litteras.
id est a. c. d. e. g. h. i. l.
m. n. r. s. t. u. x. quia eas sedecimo
anno legimus dece
pisse in paradiso Eua.
Reliquas septem litteras in
suo non inuenimus nomine.
id est b. f. o. p. q. y. z.
quia et priuatum eum cogno
scimus esse ut septem formae gratiae
quas litteras ita promisimus.
curatum uestrum complebimus.
et has ut dixerimus litteras
in septem partibus fuisse
dispertitas.
In quas partes septem nomina
bestiae recognoscis.

excepto axsime
in quo fuit autus
est notatum et
scriptum ut
usium et ubi
in has abecedu
rius eum quem
duplices rep
peris lit
teras ibi
nomina nu
merum
esse in
tellegis
quod nomina
singulatim
latet unaquaque.

UVA.BHSC

ANTI CHRIS TUM	TEI TAN	DIC LUX	GEN SERI CUS	EUAN TAS	DAM NATUS	ANTE MUS	ACXT ME
A I A	A I A	A A	A A	A I A	A I A	A I A	A I
B	B	B	B	B I B	B IIII B	B	B
C IIII C	C	C C	C	C	C	C	C
D	D	D D D	D	D	D D	D	D
E V E	E V E	E	E VIIII E	E V E	E	E V	E
F	F	F	F F	F	F	F	F
G	G	G	G III G	G	G	G	G
H VIIII H	H	H	H	H	H	H	H
I VIIII I	I I	I I I	I X I	I	I	I	I
K	K X	K	K XC K	K	K	K	K
L	L	L L	L	L	L	L	L
M XC M	M	M	M	M	M X M	M X	M
N X N	N L	N	N L N	N L N	N L N	N L	N
O	O	O	O	O	O	O	O
P	P	P	P	P	P	P	P
Q	Q	Q	Q	Q	Q	Q	Q
R LXX R	R	R	R C R	R	R	R	R
S LX S	S	S	S CC S	S CC S	S CC S	S CC	S
T C T	T CCC T	T	T	T VIIII T	T CCC T	T CCC	T
V CC V	V	V V V	V LXXX V	V CCCC V	V LX V	V LXX	V
X	X	X X X	X	X	X	X	X
T C T	T CCC T		S CC S				
DCLXVII	DCLXVII	DCLXVII	DCLXVII	DCLXVII	DCLXVII	DCLXVII	DCLXVII

UVA.BHSC

QUALITER COGNOSCATUR ANTIXPS IN NOMINE DOMINI DUM RECEPERIT

Et datum est illi facere bellum cum sanctis et vincere eos et occidere eos. Vincet eos quos sibi consentaneos invenerit; occidet eos qui ei consentire noluerint. accepit enim potestatem in omne tribum et linguam et gentem. et adorabunt eum omnes inhabitantes super terram quorum nomina non sunt scripta in libro vite agni qui occisus est ante constitutionem mundi. Si quis habet aures audiendi audiat. Qui in captivitatem ducit in captivitatem vadit. qui gladio interficit gladio interficietur. Facit enim terram et eos qui habitant in illa ut adorent bestiam primam cuius curata est plaga mortis eius. Et facit signa magna ut etiam ignem de celo faciat descendere in terra coram hominibus. et seducit inhabitantes terram propter signa que permisse sunt ei facere in conspectu bestie et precipiet habitantibus terram ut faciant imaginem bestie sicut fecit nabuquodonosor. et adorent eum omnes tribus et lingue. et datum est illi ut det spiritum imaginibus bestie ut etiam quam homo loquatur imago. et faciet ut quicumque non adoraverit ipsam imaginem occidatur. et faciet omnes pusillos et magnos et servos ac dominos pauperes et divites ut accipiant caracterem in manu dextera aut in frontibus quia nemo poterit emere aut vendere nisi qui habuerit notam aut nomen bestie. Hic est sapientia qui habet intellectum conputet numerum bestie. Numerus enim bestie numerus nominis est. et numerus eius est DCXVI. Proinde dominus noster Ihesus Christus admonens ecclesiam suam ut oret ne fugiat fuga ista hieme ut sabbato. cum enim per antichristi venerit et ecclesia persequatur ubi fuerit sanctis solitudinis et deserta sectabuntur. et faciet enim omnes principes terre quam et pusillos dominos et servos divites et pauperes accipere caracterem in manum dexteram aut in frontibus quia nemo poterit emere aut vendere nisi qui habuerit hunc caracterem. et numerum nominis est DCXVI. Proinde dominus ut oret ne fugiat fuga ista hieme ut sabbato. Tempore enim antichristi ecclesia figurata est in solitudine Ierico. et urbis qui fuerint tempore eclipsis firmati. antichristus enim cum venerit legem priscam et circumcisionem adinnovaturum cogendum est omne genus hominum iudaice legis observationem adtendere. electi vero et earum spirituales quia antichristo non sunt credituri fugient a hanc persecutionem et in solitudine morabuntur sicut in hoc libro plenissime disputandum est. Ideo mona

UVA.BHSC

sabbato orandum nobis ut non fuga
persequutionis nostre non fiat hieme ut
sabbato. Ipsa fuga si enim hieme fue
rit inquisitio nostra et conprehendimur
a persecutoribus humana fragilitas
corpus frigore sustinere non poterit.
Ubicumque enim ad hostia accedere uo
luerit frigoris iniuriam declinans con
tinuo occupandus erit. Talem enim
erit decretum antexpi per uniuersam
terram. ut qui non habuerit hunc ca
racterem * in fronte et in manu
dextra conprehendatur et ipsi presen
tetur. Sci uero qui tunc solitudines
montium et silvarum occultati se
habuerint. ad nullum hominem acces
suri erunt ne occupentur. et ideo
dicit orandum nobis ne fuga nostra
hieme fiat et uita asperitate frigoris
ab hominibus temporis illius conprehensi
et occupati antexpo presentemur.
Sabbatum autem obseruatio legis
erit. quia non erit licitum in lege
uiam ambulare aut aliquid opus
facere seruile. Siquis autem tempore
antexpi ambulantem aut aliquid
opus facientem inuenerit in sabbato
uel ut legis preuaricatorem et transgressorem preceptorum offerat antexpo.
Diximus enim antexpm iussurum esse
ut in iudeica lege cunctis hominibus
obseruetur et uenerentur in tantum
ut usque ad mortem uindicetur.
Unde in psalmis preuidens futuru propheta
dd oratur dicens ut destruas inimicum
et defensorem. Ipse enim antexps
cum inpurissimis sit castitatem et
sobrietatem predicaturus est.

quia neque potatores uinum neque ullus
gustus mulierum ad eum accessum amo
ris causam habebit. et ex hoc optime
ducit et adulterius religionis et cum
dicator legis erit. et tam inimicus ac te
et defensor iudeice legis apparebit.
Uerum si adspiciam in intellectum spiritu
aliter ne fiat fuga uestra hieme ut sabbato.
hieme quod dicit id est ne fides uestra refrigescat
ut ad carnalitatem reuertamini. Sicut
et sabbato dicit. quod in illis diebus
habundante iniquitate refrigescet
habet fides multorum. Sabbato autem
quod dicit id est ne refrigescente fide in
iudaismo consistatis et per precepta
antexpi sabbatum colatis. hec precepta
antexpi nullus euadere poterit. nisi qui
scam trinitatem unum dm crediderit
et in unam catholicam atque apostolicam
eclesiam inuentus fuerit. et paupertate
apostolicum contemptus nihil in hoc
mundo preter xpm habuerit et plus
de tribulatione huius seculi quam de pros
peritate gauisus fuerit. et tam princi
pes huius seculi quam et amatores mundi
contempserit in contemplatione eternitatis
et die noctuque in lege dni meditauerit
et in uita contemplatiua et solitudine
delectatus erit. Ceteros uero quos cultu
res et amatores huius seculi inuenerit
absque ulla reluctatione sub iugum
sue dicionis rapiet. EXPLICIT.

DE ANTIXPO QUALITER:

IMPERATOREM TOLLIT
ROMANUM.

[illegible] enim atque [illegible] in libro etiam

UVA.BHSC

...tatis di scientiam quam exponas pauli
apostoli ubi ad tessalonicenses secunda ·
quia putabant quod tempore pauli
apostoli esset dies iudicii · Scripserat
enim eis in prima epistola dicens · deinde
uentu dni · nos qui uiuimus qui residui
sumus in aduentu dni non preueniemus
eos qui ante eum dormierunt · et paulo
post · deinde nos qui uiuimus reliquimus ·
simul rapiemur cum illis in nubibus ·
Quam ob rem secundam scribens epistolam ·
quam ubetaus aquisiti · ita exponens
ait · Consolatus euangelicus apostolicusque
senatum quos de diuino isto iudicio no
uissimo uideo mihi esse praetereundum
ne hoc uolumen in nimiam longitudi
nem protolluatur · sed nullo modo
est praetereundus apostolus paulus qui
scribens ad tessalonicenses · Rogamus
inquid uos fratres per aduentum dni nostri
ihu xpi et nostrae congregationis in
ipsum ut non cito moueamini men
te neque perterreamini neque spm neque
per uerbum neque per epistolam tam
quam per nos quasi instet dies dni ·
Nequis uos seducat ullo modo quoniam
nisi uenerit refuga primum et
reuelatus fuerit homo peccati
filius interitus qui aduersatur
et super extollitur supra omne
quod dicitur ds aut quod colitur ·
Ita ut in templo di sedeat · ostendens se
tamquam sit ds · Non retinetis
in memoriam quam adhuc essem
apud uos · haec dicebam uobis
et nunc quid detineat scitis · ut
reueletur in suo tempore ·
Iam enim misterium iniquitatis

operatur tantum qui modo tenet
teneat donec de medio fiat · Et tunc
reuelabitur iniquus quem dns ihs
xps interficiet spu oris sui et destruet
illuminatione presentiae suae · eum
cuius est presentia secundum operationem
satane in omni uirtute et signis
et prodigiis mendacii · et omni seduc
tione iniquitatis his qui pereunt
pro eo quod dilectionem ueritatis
non receperunt ut salui fierent ·
Et ideo mittet illis ds operationem
erroris · ut credant mendacio · et iu
dicentur omnes qui non crediderunt
ueritati · sed consenserunt iniquitati ·
Nulli dubium est eum de antexpo ista
dixisse diem iudicii · Hunc enim
appellat diem dni non esse uenturum
nisi ille prior uenerit quem refugam
uocat · utique dno do · quod si de omnibus
impiis merito dici potest · quanto ma
gis de isto · sed in quo templo di sit
sessurus · incertum est · utrum in illa
ruina templi quod a salomone rege
constructum est an uero in ecclesia ·
non enim templum alicuius idoli
aut demonis templum di apostolus
dicit · unde non nulli non ipsum
principem · sed uniuersum quemadmo
dum corpus eius · id est ad eum pertinentem omnium
multitudinem simul cum ipso suo prin
cipem · hoc loco intellegi uolunt xpm uo
lunt recquis quae putant · tamquam templum
dicit sicut in greco est non in templo di
sedeat · tamquam ipse sit templum di
quod est ecclesia · sicut dicimus · sed in
amico id uelut amicus ut si quid aliud
de isto loquationis genere dici solet ·

UVA.BHSC

Quod autem ait. et nunc quid detineat
scitis. ait. Id quid sit in mora quę causa
sit dilationis eius. ut reveletur in suo
tempore sciatis. quoniam scire illos dixit aperte
hoc dicere noluit. et ideo nos qui nescimus
quod illi sciebant pervenire cum labore
quod sensit apostolus cupimus nec valemus.
Presertim quia illud quod addit hunc sensum
facit obscuriorem. Nam quid est.
Iam enim misterium iniquitatis operatur.
tantum qui modo tenet teneat donec de me-
dio fiat. et tunc revelabitur inimicus.
Ego prorsus quod dixerit me fateor igno-
rare. Suspiciones tamen hominum
quas vel audire vel legere potui non
tacebo. Quidam putant hoc de impe-
rio dictum fuisse romano. et propterea
paulum apostolum non id aperte scribere
voluisse ne calumniam videlicet in-
curreret. quod romano imperio male
optaverit cum speraretur eternum.
et hoc quod dixit. Iam enim misterium
iniquitatis operatur. neronem vo-
luerit intellegi cuius iam facta velut
antichristi videbantur. Unde nonnulli
ipsum resurrecturum et futurum an-
tichristum suspicantur. Alii vero nec oc-
cisum putant sed subtractum potius
ut putaretur occisus et vivum occultari
in vigore ipsius etatis in qua fuit cum
crederetur extinctus donec suo tem-
pore reveletur et restituatur in regnum.
Sed multum mihi mira est hęc opinan-
tium tanta presumptio. Illud tamen
quod ait apostolus. Tantum qui modo
tenet teneat donec de medio fiat.
Non absurde de ipso romano imperio
creditur dictum. tamquam dictum

sit. tantum qui modo imperat imperet
donec de medio fiat. id est de medio
tollatur. et tunc revelabitur iniquus
quem significari antichristum nullus am-
bigit. FINIT

INCIPIT STORIA DECIMI SIGNI

Et vidi et ecce agnus stans
in montem sion et cum eo
centum quadraginta quat-
tuor milia. habentes nomen eius
et nomen patris eius scriptum
in frontibus eorum. et audivi vocem
de celo sicut vocem aquarum
multarum. et sicut tonitrui magni
vocem quam audivi sicut cithare-
dorum citharizantium in citharis
suis. et cantant sicut canticum
novum in conspectu throni et in cons-
pectu animalium et in conspectu se-
niorum. et nemo poterat dicere can-
ticum nisi centum quadraginta
quattuor milia qui empti sunt a
terra. Hi sunt qui cum mulieribus
inquinati non sunt. Hi sequuntur
agnum quocumque ierit. Hi empti
sunt ab initio deo et agno in ore
eorum non est inventum mendacium
inmaculati sunt.

EXPLICIT STORIA

UVA.BHSC



UVA.BHSC

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE:

Et uidi et ecce agnus stans super
montem Sion et cum eo centum
xl quattuor milia habentes
nomen eius et nomen patris eius scriptum
in frontibus eorum. Aperte que sit in maiestate
notae in fronte dum Dominum et hominem Christi dicit
scriptum in frontibus ecclesie. Et audiui uocem
de celo sicut uocem aquarum multarum.
id est cxliiii milium. A que hoc loco sancti sunt.
Et sicut tonitruum magni uocem quam audiui
sicut citharedorum citharizantium
citharis suis et cantant sicut canticum
nouum in conspectu throni et in conspectu
animalium. et in conspectu seniorum.
Et nemo poterat dicere canticum nisi
c xl iiii or milia. Non dixit nemo possit
audire aut dicere sed discere. Multi enim
discunt semper discentes numquam tamen ad
scientiam ueritatis peruenientes nisi soli illi
cxliiii milia sicut dicit. Qui empti sunt
a terra. hi sunt qui cum mulieribus inquinati
non sunt. id est mulieribus inlicitis iuncti non
sunt. qui enim licite mulieribus iunguntur
non inquinantur. Masculos autem solos dicit.
id est fortes contra diabolum. Israhel habent citha
ras in manu. id est corda laudantium. Cithara
enim corda extensa in ligno est. Per lignum crux
intellegitur. per corda caro in cruce adficta
id est in passionem per se mortua. ut apostolus ait.
Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non
ego. uiuit uero in me Christus. Masculos dixit sed
in masculo significatur castimonia. que in
licito usu intacta non fuerit. et quia omnis in
masculum generantur. Virgines enim sunt.

Virgines omnis perfectionis dicit. id est castos et pudicos.
Sicut apostolus omni ecclesie scribit. Despon
sasi uos uni uiro uirginem castam. Hi sequntur
agnum quocumque ierit. Numquid illi pueri qui
pereuntes aut uirgines Christum tantum secuntur
in quocumque dixerit. sed omnes quos ad penitentiam
uocauerit. sed hi empti sunt ab omnibus ab maiore Deo
et agno. Ab eodem ex quo lux est defluxus redi
muntur ex quo ante quam Christus ueniret redempti
sunt et multi ante aduentum Domini in fide
liberati sunt. Sicut tres pueros legimus de fornace
ignis ardentis liberatos. et nunc sanguine suo
mundum redemptum. Multi per liberantur
exemplum. Plerique lapsi per culpam sed integri
tatis perpetuitatisque fructum de quibus dicit.
Et in ore eorum non est inuentum mendacium
inmaculati sunt. Non dixit non fuit in ore
eorum mendacium. sed non est inuentum sicut
apostolus dicit. Et hec quidem fuistis aliquando
sed abluti estis. Et iniquitas iusti non nocebit
ei quacumque die conuersus fuerit ab iniquitate sua.
Et potest esse uirgo et dolus in ore eius non in
ueniri. Qualem Dominus enim inuenerit cum uocat
talem puniet et iudicat. Quo nouissimo
die inuenerit dum tuta ita coronat.
A perquis dicitur promittitur non solum in futuris
sed omnibus recte credentibus. et recte in cunctis
expugnantibus uberibus. et digne penitentibus
non inuenit linguam mendacem sicut dicit.
Erat me bona a facie Domini reliquie Israhel. et non
facient iniquitatem nec loquentur mendacium
et non inuenietur in ore eorum lingua dolosa.
Sicut de Domino scriptum est. Peccatum non fecit
nec dolus inuentus est in ore eius. Peccatum non
fecit. quia sine peccato uixit. Dolus in ore
non est inuentus. quia neque ecclesia dolum habuit
quem induit. quia si ecclesia sine dolum est Christi
testamentum est. Quod si dolum habet ...

UVA.BHSC

in lingua ecclesia non est · quia inmaculata est ·
ecclesiam vero sine macula esse · quia in ca-
ritate est et in lumine manet · et dicit in illa
manet · Sicut ipse Christum dicit peccatum
non fecisse · propter nos peccatum fecisse · id est
nostrum peccatum habuisse · Ipsi in eo inventi
non sunt · Nam sine ista separatione
superfluum est ut credunt · Christum peccatum
peccatum fecisse · Peccatum non fecit
dolus in ore non est inventus · Quod est pec-
catum hoc dolus · Hic est agnus mansuetus
et sine dolo stans super montem Sion · Sicut
super montem id est ecclesia dicitur · quia inter
nos et exercitat se ad penitentiam quo oratur ·
Sicut enim pugnans est · et habitet sicut se
dicitur qui cum bestia pugna certat se
peribetur · propter peregrinationem autem presen-
tis ecclesie Sion dicitur · eo quod ab huius
peregrinationis longitudine posita pro-
missione rerum celestium speculetur ·
Et propterea Sion speculatio nomen accepit
quia corporalitatis attentu descendens spiritu et
mente in contemplatione pervenit semper
ad superiorum cernendia · hic vero Sion dicitur ·
et in futuro Hierusalem celestis nuncupatur ·
Quam nos et in hoc seculo ecclesia Hierusalem dicimus ·
Sed ista Hierusalem servit cum filiis suis · et illa
autem que sursum est libera est que est mater
omnium nostrum · De ista Hierusalem que occidit
prophetas et lapidat eos qui ad te missi
sunt · De illa Hierusalem dictum est · letare
sterilis que non paris · quia multi filii
deserte magis quam eius qui habet virum ·
Hierusalem vero latine visio pacis interpretatur ·
ergo ecclesiam hic pacem habere non poterit
quia in certamine persecutionis est · In ista
Hierusalem cum bestia commoratur et pseudo
prophete hic habet pacem quia pro futura

non laborat · Ista Hierusalem est sub pedibus
mulieris que lapidat prophetas · et occidit
eos qui in illa mittuntur · In ista Hierusalem
per membra crucifigitur · et agnus quod cotidie
immolatur · quia pacem in hoc mundo habere non
potest qui cotidie patitur · Pro futura vero
pace Hierusalem in hac ecclesia que est mons Sion cum magno
speculatur · ut quandoque consummatio labor
in illa cum ceteris victoribus copuletur · Ibi
enim absorta id est devorata omnia adver-
sitate pacem que est Christus perfecta possidebit
obtatam · Hic facit facit finem et sexta
pistula a tempore persecutionum in
Affrica gestarum · explicit ·

INCIPIT LIBER VIIIM · HIC STORIA:

Et vidi alium angelum volantem
in medio celo · habentem evangelium
eternum · ut evangelizaret habi-
tantibus in terra et in omni gente et tribu
et lingua et populo dicens · Timete Dominum et
date ei claritatem quoniam venit dies iudicii eius
et adorate eum qui fecit celum et terram mare
et fontes aquarum · Et angelus secundus secutus
est eum dicens · Cecidit cecidit Babilon
magna quia de vino fornicationis eius
biberunt omnes gentes · Et angelus tertius
secutus est eos dicens in voce magna · Si quis
adoraverit bestiam et simulacrum eius et acce-
perit notam in fronte sua aut in dextera sua et
ipse bibet de vino ire Dei mixtum mero in poculo eius ·
et cruciabitur igni et sulphure in conspectu
agni · et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet
et non habent requiem die ac nocte qui adoraverunt
bestiam et simulacrum eius · et si quis acceperit notam nominis
eius · Hic sustinentia sanctorum est · qui servant mandata
Dei et fidem Ihesu · Et audivi vocem de celo dicentem ·
scribe · Beati mortui qui in Christo moriuntur · Explicit ·

UVA.BHSC



UVA.BHSC

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTURE STORIE

Et vidi in aliquid alium angelum volantem in medio celo. Angelus nuntius dicitur. Celum ecclesia. Angelum volantem in medio celo id est predicationem ecclesie per totum mundum discurrentem. Habentem evangelium eternum ut evangelizaret habitantibus in terram et in omni gente et tribu et lingua et populo dicens: Timete Dominum. Non dixit habentem evangelium et predicantem in omni gente dicentem, sed ut predicaret dicens. Ad hoc autem unum in loco in Africa posita notatum est, quod in omni gente sit ecclesia, que in parte predicat in Africa, cum in omni gente sic predicet, cum e medio Israel sicut Babilonis ecclesia predicabit et dixit: Timete Dominum et date ei claritatem quoniam venit dies iudicii eius, et adorate eum qui fecit celum et terram, mare et fontes aquarum. Et angelus secundus secutus est dicens: Angelus secundus futura predicatio est cum [illegible] veteris prophetia [illegible] in futuro tempore ad predicandum. Cecidit cecidit Babilon illa magna. Babilon autem civitas diaboli dicit. Civitas diaboli populus est et omnis corrupta [illegible] nequitie que in perseveratione sui [illegible] gentium [illegible]. Nam sicut civitas Dei ecclesia est, ita e contrario civitas diaboli, sicut Hierusalem est quem supra [illegible] Babilon et quod in hoc mundo [illegible] confusionis vocatur sicut Dominus dicit: Ecce pono in Sion lapidem conculcabilem in omnibus gentibus. Et quomodo Esaias de ruina Babilonis loqueretur ita dicit: Hec est cogitatio quam [illegible] tavit Dominus super totum orbem terre et quam [illegible] totius mundi in [illegible] quam videtur dictum est illi quod in Babilone haberet sedem, id est in populo diaboli, cuius interitum in Isaia videns ipsum ecclesia clamat: Cecidit cecidit Babilon illa magna. Duobus modis se repetit, quia duobus modis cadit, cum a Christo et ab ecclesia discedit. Propterea dicit quod adhuc futurum est, sicut unicuique Christus [illegible] dictum est: Diviserunt sibi vestimenta mea, quasi iam factum dicebat quod adhuc futurum in Christo erat, quod nunc completum videmus. Item in Israel legitur [illegible] nunc de Babilonia quod [illegible] mundus iste iam in conspectu Dei damnata est, quod perspicue in futuro damnanda erit. Sed in utraque ruine Babilonis perspicue videmus [illegible] futura [illegible] et discretionem per orbem celebrantem. De vino fornicationis eius biberunt omnes gentes. Quam hec civitas que [illegible] ipsa biberit de vino fornicationis eius omnium gentium; sic enim condita [illegible] iam corrupte fuerunt omnes gentes fornicatione et omni inmunditia. Et usque modo sunt multe gentes que non sunt ipsius Babilonis potestatis. Hoc universum duobus modis dividit obscurum de re causa. Unde manifestatum est omnes gentes sunt ipsa civitas qui bibit de vino fornicationis, id est omni opere inmunditie et iniquitatis. Et angelum tertium secutus est eos dicens in voce magna: Si quis adoraverit bestiam

et simulacrum. Hec sunt enim nouissime
persecutionis predicationis. id est tempore
antichristi breuiatum temporis sectatu.
Bestiam et simulacrum eius adorant. id est
diabolum propter est et capita uel uanitates occulti
id est sacerdotes sub christi nomine in eiu corpore dia
bolo deseruiunt. Et acceperunt notam
in fronte sua et in dextera sua et ipse
bibet de uino ire dei mixtum meri in poculo
ire eius. Dum dicit et ipse bibet, hostendit
et reliquum qui biberit. Et quia duos populos
diximus diaboli unum foris corpore quod
sine fide est et gentilis. alterum in eiu
corpore qui solo nomine sunt xpiani. In
opere uero non discrepant quia uterque
pro hoc dicit. et ipse bibet de uino ire dei.
Dicta enim de uino fornicationis bibisse
omnes gentes et ne reputarent eum qui licet
gentibus uerisimilis non miscetur eundem
autem bestiam sub christi nomine adorant.
Et cruciabitur igne et sulfure in conspectu
angelorum sanctorum et in conspectu agni et fumus
tormentorum eorum in secula seculorum ascendet et
non habent requiem die ac nocte qui adorant
bestiam et simulacrum eius, et si quis acci
pit notam nominis eius. Hic hostendit omnes omnino
dixisse et uiuos quam mortuos. Cum autem dicit qui
adorant bestiam cruciabitur igne et sulfure,
uiuos dicit. Quum uero dicit fumus tormen
torum eorum et non habent requiem die ac nocte
mortuos insinuat. Hic patientia sanctorum est
qui seruant mandata dei et fidem ihesu. patientiam
dicit sanctorum id est non accipere notam simulacri bestie
sed notam ipsius ueritatis agni et neque adorare si
mulacrum sed uerum xpistum. Erit enim tunc tempore
antichristi pressura magna qualis numquam fuit
ab initio mundi. In qua pressura expectant
et fidem operantes custodiunt precepta dei et fidem ihesu.

Et audiui uocem de celo dicentem: scribe. Beati
mortui qui in xpisto moriuntur. In hoc loco omnes sanctos
dicit et uiuos quam et sepultos. Quum enim dicit
beati mortui, sepultos dicit. Quum uero dicit
qui in xpisto moriuntur, uiuentes hostendit, qui
in corpore et cilicio uersantur. omnem autem in
clusit dicens: qui mortui sunt et moriuntur
plene in xpisto. Amodo etiam dicit spiritus ut re
quiescant a laboribus suis. opera enim eorum
secuntur cum eis. amodo ex quo dei meruerint
ut resurrexerint. Quia de fine ipsius persecutio
nis antichristi loquitur. Hic facit finem
et recapitulat a tempore passionis sue. Explicit.

INCIPIT STORIA DE NUBE

ALBA ET FILIO HOMINIS IN LIBRO VII.

Et uidi et ecce nubem albam. et super nubem
similem filium hominis habentem in capite suo
coronam auream et in manu sua habebat
falcem acutam. Et angelus exiuit de templo
clamans uoce magna sedenti super nubem:
mitte falcem tuam et mete quia uenit hora
metendi. quia maturata est messis terre.
Et misit sedens super nubem falcem suam in terram,
et messa est terra. Et alius angelus exiuit
de templo quod est in celo et ipse habens falcem
acutam. Et alius angelus de ara habens
potestatem super ignem. et clamauit uoce
magna habenti falcem acutam
dicens: mitte falcem tuam acutam
et uindemia botros uinee terre quia maturi
sunt uue eius. Et misit angelus falcem suam
in terram et uindemiauit uineam terre et misit
in torcular ire dei illum magnum. et calcatum
est torcular extra ciuitatem. et exiuit san
guis de torculari usque ad frenos equorum per stadia
mille sexcenta. ...

UVA.BHSC


Angelus de celo super nubem albam
Ubi metent messem terre
Civitas
Ubi calcatum est torcular extra civitatem et exiit sanguis de torculari usque ad frenos equorum

UVA-BHSC

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Et uidi et ecce nubem album et
super nubem similem filium
hominis. Nubem album
ecclesiam dicit in gloriam et
puritatem sue fulgentem. Filium hominis
Xpm dicit qui sue ecclesie possessor est.
Hec nubs albu modo claruerit in passione
sed precipue post persecutionem flammis
in erumtatione albescit. Cum coniunctum
cum capite fuerit. Habens in capite suo
coronam auream. Ipsi sunt uiginti quat-
tuor seniores cum coronis aureis. Et in ma-
nu fulcem suam acutam habebat. Id est
in opere suo potestatem maledictionis.
Ipsa est enim fulcis de qua dicit angelus
Zaccarie. Hec maledictio que exiit in faciem
totius terre. Propter quod omnis fur et ut usque
ad mortem paries luet. Et omnis peiurus
et huc usque ad mortem paries luet. Non enim
fur et peiurus grauius omnibus peccant
ut solos damnari diceret, sed fur et pe-
iurus ypocrite sunt. Id est illi sacerdotes
quos in bestia caput uelut occisum diximus.
Sicut dominus dicit. Qui non intrat per ianuam
quod est Xps sed ascendit per aliam partem
fur est et latro. Et latrum. Qui se dicunt
iudeos esse et non sunt sed mentiuntur.
Et ad exercitii hic dictum est. Iurabunt in nomine
uerum omnis inquid fur et omnis peiurus
ut ostenderet non unum genus esse furti
neque pluri. Et alius angelus exiit de templo
clamans in uoce magna sedenti super
nubem. Mitte fulcem tuam et mete
quia uenit hora metendi quoniam maturata

facta est messis terre. Id est consummata
sunt peccata. Angelus de templo cla-
mans cumquam filium hominis modo est
in ecclesia imperium dni. Angelum nuntius
est predicationis. Templum ecclesia est.
Filius hominis Xps est qui non perspicua
uoce clamat sed suggestione spiritali qui
operatur in suo corpore. Id est in ecclesia dicens.
Iam tempus esse malorum anathematizandorum.
Id est discessionis faciende inimicorum persecu-
tione collatum de penitentis aufferendorum.
Id est desiderat ecclesia diem iudicii esse et
animas omnibus separari. Et misit sedens
super nubem fulcem suam in terram
et messa est terra. Utique spiritualiter
dicit quia cum ecclesia animas persequitur
et impugnatur iniurias suffert tunc illi
superantur tunc et inimici persequentes
dicuntur. Quando cum ecclesia audiunt inimi-
cis emendandum ipsi inimici torquentur.
Et alius angelus exiit de medio templo
quod est in celo. Et quia angelum nun-
tium diximus et celum et templum ecclesiam
alium angelum quem dicit exire de templo
alia est predicatio de ecclesia. Prima enim
discessionis est et in quo uno persecutionis
alia uero frequentat. Et ipse habens
fulcem acutam. Id est eandem potestatem.
Hi duo angeli unum est et una potestas.
Et alius angelus exiit de ara. Eadem lega-
tio dni est de ecclesia. Habens potestatem
super ignem. Quem ignem diversis modis
significat. Ipse est hic ignis quem supra
diximus de ore eorum exire. Id est uerbum
predicationis. Ipse est enim fulcis.
Ipse gladius. Ipse sermo qui exiit de ore
ecclesie. Et clamauit uoce magna
habenti fulcem acutam dicens.

UVA.BHSC

Mitte falcem tuam acutam et uinde
mia botros uinee terre quoniam maturate
sunt ube eius. Et misit angelus falcem
suam in terram et uindemiauit uineam
terre. Et quia iam diximus angelum nun
tium esse id est ecclesie predicationem cui
dedit Christus potestatem preterita et futura
ordinare et prouidere. Inmittere et uindemia
preceptum dicimus quomodo non adquiescunt per
pertinaciam. Illa uero sine dubio cognoscitur
in gehenna. qui habet falcem messorium.
Ipse habet et uindemiatorium. et quod dixit
messori metere. Ipse et uindemiatori uinde
miare. Unum est enim et uno tempore fiet
id est tempore Antichristi. quando grauis pressura
erit. et in tantum pressura non relaxabit.
quousque finiatur in morte. Inmittere et uinde
miare in terram et finem hostendit unius perso
ne. Si autem sic est putandum quod ipse
et specialiter Christus uisus est in nube alba
ut supra diximus. Messor ergo qui est, ipse
post eum qui est uindemiator. Nullus
alius nisi ipse Christus. et non specialiter sed
in suo corpore. quod est ecclesia cui dedit hanc
potestatem ligandi et solbendi. ut faciat
per Christum quod uoluerit. Quod et Daniel uidit
in hac uita nubem ut Christi credulitate defendit
et accipere regnum potestatem et omnem
gentium terre secundum quamque nationem.
Et misit in torcular illum magnum ire Dei.
Quod est magnum dici nisi superbum. Nullus
peccatus est maior quam superbia. Non
torcular magnum sed illum magnum misit
in torcular. Id est unum quemque superbum. Quod
ipse hoc dicatum est secundum sermonem grecum.
Quem torcular feminini generis nuncupauit
et magnum masculum dixit. Hoc tor
cular est retributio cuiusque peccati.

quem unusquisque in corpore gessit. Et calcatum
est torcular extra ciuitatem. Hec
ciuitas ecclesia est. Quum enim factum fuerit
separatio inter malos et bonos et reddet
Christus unicuique secundum opera sua tunc tor
cular calcatus extra ciuitatem. Id est extra
ecclesiam. Facta discessione foris erit omnis
homo peccator. Calcatio autem torcularis
retributio peccatorum. sicut dicit Hiere
mias. Et extra Hierusalem lacum calcauit Dominus
uirginis filie Sion. Et Iohel uero adhunc
nouissimum uindemiam torcularis et
calcationem peccatorumque plenitudine
sic suos pugnatores Deus citat dicens.
Clamate hoc in gentibus. Sanctificate bellum.
excitate pugnatores. Concidite aratra
uestra in gladios et falces uestras in lanceas.
Qui inpotens est dicat quoniam ualeo ego. Con
gregamini et ingredite omnes gentes in circui
tu. et colligimini illic. qui mansuetus
est sit pugnator. Exurgant et ascen
dant omnes gentes in ualle Iosaphat.
Id est in ecclesia. propter quod ibi sedebo iudicare
omnes gentes in circuitu. Mittite falces
quoniam adest uindemia. Ingredite calcate
quoniam plenum est torcular. superfundunt
lacus. quoniam repleta sunt omnia malitia eorum.
Soni sonuerunt in ualle iudicii. quoniam prope
est dies Domini. Sol et luna contenebrati
sunt. et astra occiderunt fulgorem suum.
Deus autem ex Sion exclamabit et de Hierusalem
dabit uocem suam. Et contremiscent celum
et terra. Deus autem parcet populo suo et con
fortabit Dominus filios Israhel et cognoscetis
quoniam ego sum Dominus Deus uester habitans in Sion
in monte sancto meo. Hec omnia et eodem spatio
in ecclesia geruntur. que adhuc perspicue
in diem iudicii facta creduntur.

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

INCIPIT EXPLANATIO

SUPRA SCRIPTAE STORIAE:

Et uidi alium signum in celo magnum et mirabile angelos septem.

Septem angeli septem ecclesie sunt quod est una ecclesia. Semper enim ecclesia in penitentia est. et plagas populo continuo predicare non cessat. habentes plagas septem nouissimas quoniam in ipsis finita est ira dei. Nouissimas plagas dixit qui semper ira dei peccantem populum comitatur. Septem plagas quas dicit perfectum numerum ostendit. Scriptura enim solet aliquando septem pro perfecto numero ponere consueuit. sicut idem deus in leuitico frequenter septies dicens. Percutiam uos septem plagis. que nouissime future sunt cum ecclesia de medio est exorta. Septem autem spiritus proposuit de septem angelis. et quia septem angelos septem ecclesias diximus. que unum esse credimus. has septem plagas spiritus esse cognoscimus per quos septem malum inpugnare genus humanum non dubitamus. Et ut frequenter facit. aliud subicit et plagas quas dixerat septem. has autem plagas explicitur ad propositum redit. Et uidi sicut mare uitreum. id est super fontem baptismi placidum. Ignis enim aliquando spiritus sanctus intellegitur aliquando temptatio tribulationis spiritus sanctus intellegitur sicut dicit. Ignem ueni mittere in terram. Ignis autem temptatio dicitur ut apostolus ait. uasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. et psalmista ait. Exusserunt in me sicut ignis in spinis. quia per flammas de temptationum non iustorum uita conburitur. sed si quid de terrenis contraxerit peccatorum spine concremantur. Bene ergo dicitur mare uitreum permixtum igne. id est baptismum christi passione. quia non solum in aqua sed in morte ipsius baptizari precipimur. per cuius mortem et sanguinem diabolum superare possumus. Sicut dicit de hoc permixto igne. Et uictorem bestie et simulacri eius et numerum nominis eius stantes super mare uitreum. Mare uitreum dicit et repetit. uitreum enim placidum est et sed cito frangitur. Ita et homo cum in christo baptizatur ab omni sorde peccati lauatur. et tamquam uitrum placidum ita ut sicut angelis conspicitur. Sed quum post tempus uita prolongatur dicto fuerit ut cogitatio semper seducatur. et tunc non christi cuius baptismum suscepit sed bestie membra esse dinoscitur. et notam nominis eius habere non dubitatur. Quum uero gratia et miseratione affluentis fuerit spiritus sancti gratia et reuersus ad penitentiam ceperit deplorare peccata tunc credatur effusisse baptismum et copulatus esse in christi corporis membra. et tunc demum reconquirit quem primum perdiderat scitote baptismum. et non in peccato lucens dicitur sed stantes super mare uitreum. sic dicit. habentes citharas dei. In cithara corda est extensa et in ligno extensa. In ligno crucem. In corda autem extensum in penitentiam. Illa enim

UVA.BHSC

certe dulcem sonum reddunt. que in
ligno crucis extensi omnis incurratur
contingit. et cantant canticum
cum moysi serui dei et canticum
agni. post transitum rubri maris
cantauit canticum populus dei
egyptiis triumphaturus sub moyse.
non aliter et fideles post quam
de lauacro exeunt et exinde sensus
peccatis hymnum in uoce gratula
tionis triumphant dicentes. Cantemus
domino gloriose enim honorificatus est.
equum et ascensorem proiecit in
mare. quod tamen melius et
dignius ille dicit. qui habuerit
triumphatum in manu sua sicut
martyr. Ista carnem suam cruci
fixerit cum uitiis et concupiscenti
is et mortificauerit membra sua
que sunt super terram. Tum de hinc
dicitur post maris transitum
prophetis predicatum habitatur scilicet
et omnibus per mundum non fructus
permissum patrium. sed quod non
uiderit sperando per patientiam cum
expectando tamen quam inde sperat
sunt. et illic laboriose et periculose
temptationis ne frustrantur corde
in egypto nec ibi tandem xpistus deserit.
nam ibi illi columna non recedit.
unde et iugiter clamant. Magna
et mirabilia opera tua domine deus
omnipotens iuste et uere sunt uie
tue rex gentium quis non time
at et clarificet nomen tuum
qui solus es rex sanctus. quoniam omnes gentes
uenient et adorabunt in conspectu
tuo quoniam iustificationis tue

manifeste sunt. Hec autem sunt
in uersus ac ... quod cantant
supra dicti qui super mare
uitreum et in ignem stantum
sunt positi. repetat quod pro
posuerat dicens. EXPLICIT.

INCIPIT STORIA TEMPLI APERTI ET DE EASDEM FIALAS ANGELORUM.

Post hec uidi et apertum est templum tabernaculi testimonii in celo. Et exierunt septem angeli qui habebant septem plagas de templo induti linum mundum splendidum et cincti super pectora sua zonas aureas. Et unus ex quattuor animalibus dedit septem fialas aureas plenas ira dei uiuentis in secula seculorum. Et impletum est templum de fumo claritatis dei et uirtute eius. Et nemo poterat introire in templum quousque finirentur septem plage septem angelorum.

EXPLICIT STORIA.

UVA.BHSC


templum apertum
iste animal dedit angelis septem fialas
hii sunt septem angelis portantes fialas aureas

UVA.BHSC

EXPLANATIO SVPRA SCRIPTE STORIE

Post hec uidi et apertum est
templum tabernaculi testi-
monii in celo. Iam supra mani-
festatum est qui sunt templum ta-
bernaculi testimonii in celo. Et exie-
runt septem angeli qui habent
septem plagas de templo. Illi enim de
quibus dicit exituros non habent discre-
tionem. Describit ergo et aperitur qui sint
templum celestem. Exitus hic iussio est
et predicatio euangelii et manifestatio
in tempore secuturum que sint boni et mali.
Apertum est templum et exierunt angeli
habentes plagas de templo. Templum apertum
et tabernaculum et celum hoc totum
unum est et uno iussio est. Et septem
angeli ipsud est quod templum. Templum
exiit de templo, quando manifestatum est quod
sit uerum templum. Exitus hic septem
angelorum non perspicue est, sed solo nomine
intellegendus est. Exitus autem pro locis
intellegimus. Supra enim diximus angelum
exisse de templo et clamasse sedenti super
nubem: mitte falcem et uindemia. Hec dicit
exierunt septem angeli de templo. Hoc autem
unum est et predicatio ecclesie est et imperium
domini et iussio illius. Hic exitus est. Sicut
euangelista dicit: exiit edictum a cesare
augusto, cirenionem iudeam. Aliquando
enim exitus natiuitas est sicut scriptum
est: exiet uirga de radice iesse. Et iterum:
ex te exiet dux qui regat populum meum israhel. Et

aliquando exitus perspicuus est, ita
illud exiit a loth a sodomis, quod et nunc
describit in exitu angelorum. Induti li-
num mundum splendidum et cincti
super pectora sua zonas aureas.
Manifestatur ostendit in septem angelis septem
ecclesias esse. Sic namque in initio libri in expo-
sitione discripsimus habentem zonam auream
sub uberibus, ut credas hoc unum esse.
Zona aurea est corus sanctorum, ut aurum igne
probatum in quo est confluit conscientie
et purus spiritus sanctus. Hec zona cinctio
est ecclesie, eo quod hinc inde actionem ita
utrique complectitur. Et unus ex quattuor
animalibus dedit septem angelis septem
fialas aureas plenas ira dei uiuentis
in secula seculorum. Hec sunt fiale quas supra
diximus cum odoribus portasse senioribus.
Septem fiale et septem angeli et septem
tube et quattuor animalia hoc totum
unum est et una ecclesia est, et uerbum
predicationis et ira dei et ignis qui exiit
ex ore testium, hoc totum unum est
et una iussio est et una predicatio est,
et quod sunt odoramenta, hoc est ira dei.
Orationes enim sanctorum que est ignis exiens ex ore
testium. Ira sunt mundo plage et euan-
gelium predicat unus ex animalibus dedit
ecclesie fialas id est euangelium, quod sunt
quattuor animalia, hoc et unum, hoc
est quattuor. Euangelium autem uolumen
est traditum. Qua complectit uolumen tra-
dit ecclesie hunc potestatem. Et imple-
tum est templum de fumo claritatis
dei et uirtute eius. Itaque illud templum
quod supra diximus exisse de templo.
Fumus enim claritatis dei orationes sunt
sanctorum ex quo odor suauitatis dei ascendit.

UVA.BHSC

et uirtutum operum ingressu clauderet.
Et nemo poterat intrare in templum
quousque finirentur septem plage septem
angelorum. Nemo quis erat alius nisi
ypocrite et heretici et pseudo sacerdotes
et scismatici. non enim homines poterat intrare
templum. id est cetum dni quia erat pres
surarum magna tempore antixpi. qualis
non fuit ex quo gentes esse ceperunt. quia
non liberaretur omnis caro nisi ds propter electos
suos breviasset dies illos. hic fuit
finis. et recapitulat eisdem plagas
plenius dicturus.

EXPLICIT LIBER SEPTIMUS:

INCIPIT LIBER OCTAVUS

IUS STORIE:

Et audivi vocem magnam dicen
tem septem angelis. Ite effun
dite fialas dei in terram. Et abiit
primus angelus. effudit fialam suam
in terram. et factum est ulcus malum
et sevum super homines habentes notam
bestie et adorantes simulacrum eius.

EXPLICIT STORIA:



UVA.BHSC

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE:

Et audiui uocem de celo magnum
dicentem septem angelis
Ite effundite fialas dei in
terra. Iudicii potestas est celeste ut
in per fundat terra de qua dicit.
Iam supra diximus septem angelos
septem eclesias esse. quod est unum.
Septem fialas predicatio est euangelii
quem dominus predicatores suos siue gloriam
siue supplicium mundo denuntiat.
Ipse sunt fiale quem angeli ferunt
quo supra diximus plenas odoramentorum.
Ipse fiale. ipsa est illa uox intra uox
id est euangelium in uetera legem quem in quat
tuor euangelia supra in tertio libro
exposuimus. Qui habet in se satura
id ut quicumque aperuerit opere. habet
orribilem aspectum que est terror geh
enne que sine fine reprobos cruciat.
Habet latitudinem id est lumen repromis
sionibus eterne. orribilis est ergo et
uox in preceptis. lata in promissionibus
intimis. est ergo hec uox tenebrosa
aqua in nubibus aeris quia obscura est
scientia in prophetis. et hunc uocum
nubes aruntseunt et pluuia in agrum
sterilem effundunt id est predicatores
sancti in eclesia fialas effundunt. Qui plus
intellegunt fialas effundunt. et qui
minus intellegunt ciatos effundunt.
Ibi gloria celorum dei demonstrantur et hec
spiritualis plaga est quem porro doceti
considerant et non aperte sed spiritaliter
hec plaga debet ... eclesia non pro ...

sicut et fumus corporalis non sed spiritalis
fumus est cum hec scriptura ab omnibus legi
et audiri potest sed porro docetis intel
ligi potest. clausa sunt uerba et in
allegoriarum obscuritate tenebrosa.
Sicut in hoc librum scriptum est. Signa
que locuta sunt septem tonitrua et
ne ea scribseris. et danielo dictum est.
Claude sermonem et signa librum. cum hec
lata est a multis legitur et auditur. sed
a porro docetis et paucis spiritu sancto reuelante
intelligitur et non carnalibus sed spiritalibus
contemplatoribus reuelatur. In maliuola
enim anima non ingreditur sapientia.
Littera obscura est misteriorum ut
nisi regimen littere relinquis non in
telligis. Littera enim occidit spiritus
uiuificat ut beatus ihieronimus ait.
Alii litteras aucupentur. et illi ubi ste
que scientiam quis sentientiaquis ...
in bono semper nimi acceperunt. hec
tici uero et ipocrite et scismatici et
sub pretextu agoni et carnales sacerdotes
non scientiam quis querunt sed magis
litterarum sectantur. de ipsis dictum est.
Sequentes occidentem litteram et non
spiritum uiuificantem. hic dominus per lob ait.
ad eum. qui est ire inuolbens sententiaquis
in peritis. carnales enim superbi uani
plenitatis esse uidentur sine ratione sen
tentiaquis inuolbunt dum captant
laudem ab hominibus habere querunt.
Et quum hoc librum non intellegunt adro
gantes contra eclesia surgunt. et diuersi
diuersa intellegendo. in heresem prolabunt
et diuersa sentientes ignarus mentes in
confusionem arunt. Et qui sunt carna
les populum carnalem inludunt. et hi

UVA.BHSC

sibi uindicando affectum promittit·
Bene ergo dictum est danielo claude sermonem
et signa librum usque ad tempus statutum·
pertransibunt plurimi et multiplex erit
scientia· quia danieli multiplicem reue
labitur ueritatem· ueritatem ipse
occultat signatus quod loquitur est·
Precipit ut in uoluit sermones et signet
librum et loquitur plurimi et querunt
sacris ueritatem· et propter obscuritatis
magnitudinem diuersa suspicatur·
Quod enim ait pertransibunt plurimi id est
currunt plurimi legendo libros· solent
enim dicere percurri librum et totum legi·
et currunt sibi storia· tamquam cecus si
diceret legi ambulabi sed nec celum nec
terrum uidi· quid enim prode est multa
scire et nulla intelligere· sapientia
salomonis cotidie in coetu legitur· sed
primulum mulierem in inferno mittitur
signatus est liber legis· et in uolutis sermo
nibus obscurus· quod quidem petrus de
obscuritate sui uoluminis loquitur
dicens· et erunt sermones sicut libri quia
si uerba uoluminis signati· quod si dederis
nit librum homini nescienti litteras di
centes ei lege· respondebit nescio litteras·
aliquin si dederint scienti litteras dicens
ei lege librum· respondebit non possum
legere quia signatus est· et in hoc libro
apocalipsin uidetur iohanne signatus
sigillis septem intus et foris· Quumque
nullus possit signacula eius soluere ait
Ihoannes· et ego flebam nimis et uenit
uox dicens· ne ploris· ecce uicit leo de
tribu iuda radix dauid aperire librum et solbere
signacula eius· Librum autem potest soluere
qui scripturas sacrum etiam cognoscit

et intelligit· Antiquitatem et uerba
tenebrosa· propter misterium magnitu
dine et intelligit prestatur parabulis et
occidit autem littera spiritus uero ad spem
uiuificat autem· hic est liber que totus
dicitur· Quid autem totum nisi sacra
scripturarum dicta· que et omni parte
ad auditorum mentis uoluitur· et nullo
erroris angulo predicationis sue inter
rumpitur· et omni autem parte uoluitur·
quia inter aduersa et prospera et recte
et humiliter incedit· Circulus quippe pre
ceptis illius modo sursum modo deorsum
est· Sursum uero est quia ipsa scriptura
sensu dei perfectis spiritaliter dicuntur· Deorsum
totum est quia carnalibus et ublnfissimis men
tibus non spiritaliter sed propter storium iuxta
litteram intellegunt· hec autem una tota
est et una scriptura est· et una lusitio est·
et unum corpus est et unus dominus est et una fide
est et unum babtismum est· sed una una
non est et una predicatio non est· quia
diuersi diuersa sentiendo diuersis coloribus
quasi tinctura diuersa fuscantur·
Et unde occidit nisi quia pluralis tantum am
bulant sed non uidentia quia cecis sunt
et in tenebris ambulant et quum hoc fa
ciunt de horrum totum ducunt· Docent uero
et sputes uiri et sputem intellegentiam
predicando totum in luctum ducunt·
Tales sunt plage sputes que prosperundo
minus poetica quam conscientia unaut quia
scriptura carnalibus mentibus nisi mundum
reliquunt minus et terrores promittit·
Nunc et fulgura et tonitrua sunt et grando
et carbonis ignis cum pluuia mixtum·
et fulgura que tonitrum dei id est ubi affectu
per predicatores procedit· sicut dicit·

UVA.BHSC

Et abiit primus angelus et effudit fialam suam in terram.



Et factum est ulcus malum et saevum super homines habentes notam bestiae et eos qui adoraverunt simulacrum bestiae. Omnes hae plagae spiritales sunt. Nam ipso tempore antichristi inlesus erit omnis populus impius ab omni plaga corporis, quasi qui acceperit tota mali faciendi potestate tantum concessa. Nec corporis inpossibilis erit tunc in adimpletione peccatorum qui in peccato pleni sunt hac consummatione, et nemine malorum eo tempore aliqua flagella in corpore sentiri: non famis, non sitis, non aegritudinis, sed neque a furore malorum conpesci. Factum ergo ulcus malum tel vulnus saevum et putredo in eo, sed spiritaliter, eo quod voluptatibus suis sit concessus et faciat quicquid voluerit voluntati et amori illius peccati. Et abiit secundus angelus et effudit fialam suam in mare. Et factus est sanguis sicut mortui, et omnis anima vivens mortua est in mari. Quid enim appellatione maris nisi tempestatis persecutionum et corda malorum tumidis et superbis cogitationibus fluctuosa, quae tempore antichristi quia vicinatorum tempestate pulsu nequitiarum gravitatis in huius seculi tempestate ecclesiae, quae sub typo naviculae quae hinc inde fluctibus quatiebatur tempestate persecutionis molestia sustinebit.



Et tertius angelus effudit fialam suam in flumina et fontes aquarum, et factus est sanguis. Et audivi angelum aquarum dicentem: Iustus es qui fuisti et futurus es sanctus, quia haec iudicasti, et quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt, sanguinem eis dedisti bibere; digni sunt. Et audivi alium de ara dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vere et iustae sunt iudicationes eius.

FINIT:

UVA.BHSC



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTA STORIE

Et tertius angelus effudit fialam
suam in flumina et fontes aquarum
et facta est sanguis. et audivi
angelum aquarum dicentem: iustus
es qui fuisti et futurus es sanctus qui haec
iudicasti. et quia sanguinem sanctorum
et prophetarum effuderunt sanguinem
dedisti eis bibere digni sunt. In hoc enim
librum octavo septem angelos dicit septem
fialas effundentes: unus super terram, alius super
mare, tertius super flumina et fontes aquarum,
quartus super solem, quintus super tronum bestie,
sextus super fluvium eufraten, septimus super aerem.
terra, mare, flumina, fontes aquarum, sol,
tronum bestie, fluvius eufrates, aer. super omnia
haec que angeli effuderunt fialas terra est
id est homines quod probare facile est. omnibus

enim angelus in aquarum fundere manducatum
est a hoc ipse praedicavit quos aliud facere
credunt non est. Omnes autem plage a congruo
intellegende sunt. plaga est enim insanabilis
bilis et iram magnam accipere potestatem
peccandi. maxime in scortis nec corripi.
adhuc mulieres iudei et ceterorum fornicationi
subministrant. propter recordationem ut
sibi placeat et unusquisque scortis quod faciat
hoc sibi sciat quantum potest, et dicat in corde
suo iusta quae facio. multe vie putantur
hominibus iuste sed novissima eius veniet
in profundum inferni. haec est plaga iudei.
haec vulnera insanabilia aruns pungi.
In hoc mundo gaudere unumquemque sequitur
et gaudere et placere sibi. et quicquid
fecerit sibi purum et blandum videri. et
quam haec faciat maxime de die in diem
in peccatis crescit. quam et multis
vicibus et de terra et fratribus iruscit. et putat
se deo sacrificare cum fratribus ministrat et
suis voluptatibus agitatur et de die in die
in multa cruciatur. putat se deo sacrificare
fratribus cede perfusum cum in eo non
simplicitas sed multa videtur.
Simplices et recti adheserunt mihi dicit
dominus. Proinde spiritus sanctus in simplice animal
id est in columba apparuit qui et quam cor
poralitatis fellecarent et ulteri alia in
lurium nescit. solum ergo in eos habitat
spiritus sanctus in quos fuerit simplex et mansuete
dilectionis affectus. Alio loco spiritus sanctus
in igne apparuit. consuetudo ignis
est frigidos calefacere. hanc enim h
abet naturam ignis accensus ut quanta
ad eum accesserint calefaciantur.
et quanta ad crinem purpure splendentis
est aspectorum atque visum sue lucis

UVA.BHSC

In pertinet · Iunctis mentis aerium
quae aliquid cogitationis subtrahit quoque
sui muneris tribuit · et inde ipsi nihil
minuit sed nichil omnis in sui integri
tate permanet · Adnitatur(?) ergo
itaque ignis spiritus sanctus inde nomine ignis appel
latur · Propter quod in apparitione vocalis(?)
per divisionem linguarum · ut ignis
apparuit · qui et insedit super unum
quemque eorum · Propter et enim diversarum
linguarum gratiam apostolis dedit ·
ut idonei efficerentur fidelium eru
ditione praeceptores(?) · Quod supra singulos
sedisse memoratur · Id autem est ut
intellegatur per plures non fuisse divi
sus · sed mansisse in singulis totus ·
Multi erant eo tempore qui Christo cor
poraliter videbantur et cum in visibilia
cum facientem videbant credebant ·
et nullam persecutionem ei faciebant ·
Sed de tanta multitudine solum super
centum viginti animas legimus spiritum
sanctum descendisse · et hoc ipsud non per
plures domos sed in una domo congre
gatos · Ubi ergo in quo habitat coetu ·
nisi ubi venit de caelo spiritus sanctus · et implevit
uno loco sedentes centum viginti ·
Duodenarius ille numerus decuplicatus
erat · Super singulos duodecim denos
ponit · qui perfectus numerus est · ex in
[illegible] · Haec erat una domus caritatis sectae ·
Haec erat cor unum et anima · haec una sim
plicitatis columba · hic erat unus spiritus sanctus
qui proprie caritatis nuncupatur ·
Quia naturaliter a patre et filio quibus
procedit coniungit · et se unum cum eis esse
Quia primitus sanctos non ad idola colenda
prouocauit · sed per legem moysi suscitat
ad obseruandum circumcisionem · et
tantum sanctitatem simulabit ut
non sit potator uini · non amator
mulierum non diuitiis sed hiis habebit ·
Sed omnia decepcionis dabit · sicut in euan
gelio ex uoce ipsius antichristi dicitur · mihi
sunt omnia et cui uoluero do illa ·
Nunc quinque in domo una diuiduntur · id est
pater · mater · filius · filia · et nurus ·
Quinque sunt quos per se diuidet ·
Dum alii in christo credunt · alii nequiores
erunt · quia cum antichristus uenerit ·
uetus legem duas tabulas attestantem
predicabit · christus autem erit pater et puer
et filii · et spiritus sancti · alii autem credituri
sunt antichristo · et sic diuiduntur duo
a tribus · et tres a duobus · et in nimibi hominis

UVA.BHSC

domestici eius. et seducti sunt ab antixpo credunt dum dicit pater filio. uae filius patere rogo te miserere tibi ne moriaris. consentit illi adorare eum. propterea ait scio quae sunt in mundo ipsius esse. et cui uoluerit dat illa. ad hoc ergo unusquisque affectibus suis adquiescit. inimicum eum putatur dum persuasionibus suis ab xpo separatur. ut consentiant antixpo.

Tunc conplebitur quod dominus dixit. qui in iudea sunt fugiant in montibus. id quod quod in iudea fuerint collecti erunt ad illum locum quem paratum habent. et nutriuntur ibi triennium et mensibus sex. a facie diaboli. coetum illum dicit catholicum. et qui in nouissimo tempore credituri sunt CXL quattuor milia. per praedicationem eliae. sed certe populum uiuum inuaderi in aduentu domini sancti uero pauci. et ceperit urbium dominium eius subibitur. ubi erit edom et moab. et principium filiorum ammon. id idumei moabitaes et ammonitaes. et quod loca sunt ibi inaccessibilia. ibi sancti confugerint. et ibi latitabunt quos xps in carne uiuos inuenerit. et non solum mente fugituri erunt malis. sed etiam corpore inaccessibilibus migrauit.

Sicut enim corpore martyrum multos putet ab hanc tribulationem credimus esse saluatos. Ita creduntur tempore antixpi per loca inaccessibilia multi esse saluati. hoc et in beato danielo antiochum qui praefigurauit antixpm paene cuncta fecisse legimus. quod antixps facturus est. sicut dicit in danielo. quod sancti eo tempore subleuabuntur auxilio paruulo. paruum auxilium nisi intellegi uoluit quia congregati sancti resistent et iuuantur auxilio paruulo. et post et de eruditis corruent plurimi. et hoc fiet ut quasi in fornace conflentur et eligantur et dealbentur. donec ueniat tempus definitum quia uerum uictoria in aduentu xpi erit. Item in danielo.

Tempus temporum et dimidium temporis tres semis anni sunt de antixpi regno. Item septem temporum mutabuntur super te. id septem anni. Item a tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificium et positum fuerit abominatio in desolatione mille dies ducenti nonaginta. dies istos CCLX tres semis anni sunt. quibus erit antixps regnaturus. Item in danielo. Beatus qui expectat et peruenerit ad dies mille trecentos triginta quinque. quia hos dies habet in suo nomine deputatos. et ne quod absit si totos hos dies impleret in regno. nullus sanctorum ei effugere potuerit uiuus. sed de istis trecentos triginta quinque dies. aliquos habebit XLV dies. et remanent ei in regno dies mille ducenti nonaginta. quinque dies propter electos adbreuiabuntur. de quo dominus in euangelio dixit. et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro. sed propter electos meos adbreuiabuntur dies illi. isti sunt electi domini pro quibus dies illi adbreuiabuntur. quos tunc ante eum fugientes latitare uoluerint. Nam antixps completis dies mille CCLX. occidetur in monte sancto id in monte oliueti. quod autem dicit beatus qui expectat et peruenit ad dies mille trecentos XXX quinque. id beatos qui in exierit ab antixpo dies XLV sup numerat

UVA.BHSC

propinicam et peccatum quib; ēta dn̄s udq;
sulluactor insuu mulitudine uictaurus:
ut in carne xp̄s eum inueniat ut bum.
Regnum romanorum in finem detertu
endum que in quarto regno pedēs no
minauit ut ferrum. EXPLICIT:

INCIPIT: DE DIABOLI BESTIA

ET PSEUDO PROPHETE:

Et descendit ignis a deo de celo. et commedit inimicos suos. et diabolus seducens eos. missus est in staugnum ignis et sulfuris. ubi et bestia et pseudo propheta. et puniantur die hac nocte in secula seculorum amen.

EXPLICIT:



EXPLANATIO SUPRA: SCRIPTE: STORIE;

Et descendit ignis a deo de celo. Id de excelsa descendit ignis et commedit eos. Est et ignis quem xp̄s ostensum dixit. id est euangelium de quo dn̄s dixit: Nihil quid ego uos iudicabo. Sed uerbum quod uobis locutus sum. ipsud uos iudicauit. Est et ignis quem pluit dn̄s de celo a dn̄o et uenit loth de sodomis. Et commedit inimicos suos. Nam nouissimo die non super pluet ignem. sed congregati simul esse iudicati mittentur in ignem eternum. hec ignis descendet de celo quem dicit tempore ista

UVA.BHSC

ante xpi quod prequam do cetu plus iudicio
dum nectatur de ipsa multitudine cetu interrogant.
Et diabolus seducens eos missus est in stagnum
ignis et sulphuris ubi et bestia et pseudo propheta.
Subtilitate autem habita intellectum quo putatur
diabolus post bestiam et pseudo prophetam quos
supra solos dixerat dum vivi mitti
in stagnum ignis. Revera post mille annos
damnationis bestie et pseudo prophete. Sed
omnis bestie et in ea que dixit post mille annos
quia non post damnationem putatur quia
quando xps veniet ad iudicium hanc bestiam
inveniet vivam. Et quo tempore passus est dominus
mortua est bestia et pseudo propheta et in igne
mittuntur usque dum finiantur mille anni
usque ad adventum domini quod dixit. Unde sub
tilitatis autem habetur intellectum. Certe quia
dixerat supra diabolus qui seducebat eos
missus est in stagnum ignis ubi bestia et
pseudo propheta. Tamquam si diceret pri
mitus bestia et pseudo propheta mittantur in
gehennam et post ea diabolum qui seducebat
eos. Inde autem habetur intellectum. Hec
missio a primo adventu domini est usque
ad secundum adventum quia primitus bestia
et pseudo propheta quia semper moritur multus
populus et multi sacerdotes qui sunt bestia et pseudo
propheta et diabolus semper seducit. Deinde et ipse
punitur ubi et omnis quos premittit. Sed et
quod est appositione domini in ipsa. Nunc
ipsum describit quia de quo xps venit usque
hodie missa est bestia in igne et postquam
compleverit diabolus tempus suum qui seducebat
eos mittetur in stagnum ignis et sulphuris ubi et
bestia et pseudo propheta et cruciabuntur die ac nocte
in secula seculorum. Hec est illa solutio que supra dixit
post hec oportet illum solvere modico tempore.
Modico tempore pro annos tres et menses sex.

ut in sua seductione seducat eos cum seducantur
in ipsa. EXPLICIT LIBER XI.

INCIPIT LIBER DUODECIMUS IUDICII ET CIVITATE IHRSLM DE CELO

Et vidi thronum magnum et album et
candidum et sedentem super eum cuius a facie
fugit terra et celum et locus non est
inventus eius. Et vidi mortuos magnos
et pusillos stantes in conspectu throni et
libri aperti sunt et alius liber apertus est
qui est vite et iudicati sunt in libris
secundum opera sua. Et dedit mare mortuos
suos et mors et infernus dederunt mor
tuos suos et mors et infernus
missi sunt in stagnum ignis.
Hoc est mors secunda qui non est in
ventus in libro vite scriptus mis
sus est in stagnum ignis.

EXPLICIT STORIAE.



UVA.BHSC





BHSC

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Iam recapitulat in diem iudicium
dicturus. Et vidi thronum magnum
album et candidum et sedentem super
eum, a cuius conspectu fugit terra et
celum et locus non est inventus eis. Et vidi
mortuos magnos et pusillos stantes in cons-
pectu throni et libri aperti sunt et alius
liber apertus est vite. In throno iudicii figura
est. In candore iustitia est. Et sedentem sup
eum iudicantem recognosce dominum Ihesum Christum
a cuius conspectu fugit terra et celum.
Nec enim ante potestatem iudicii sustinere
prevalent eminentiam et locus non est inventus
eis. Nullus enim locus in loco ante Deum, sed
tamquam nihilum et inania reputata sunt ei.
Sic ostenditur forma iudicii iudicantis quali-
tate disposita iudicium ipsud agitur. Ut
dicit: Vidi mortuos magnos et pusillos
stantes in conspectu throni et libri aperti sunt.
Quis est apud Deum liber, nisi quia iudicantis
intuitu singulorum opera declarantur.
Hos libros nunc testamenti dicit, id est legem et
evangelium. Secundum enim utrumque iudicabitur
ecclesia, et vetus et novum, qui nunc libros requirere
nolunt. Et quid in eos certum est in futuro
in die despicient illic per libros agnitus sequi
tur. Sed vero qui per hunc testamentum
in hoc mundo vivere disposuerunt, eos in iu
dicio necesse non habebunt quia quamque
vita cum Christo est sub his scriptum et hic
perscriptum iudicantur quibus nunc habitisse
sequuntur. Et alius liber apertus est qui est vite.
Liber vite est vita Domini Ihesu. Tunc aperietur
et ostendetur universe civitatis sue cum reddi
derit unicuique secundum opera sua. Et iudicati
sunt mortui ex his que scripta sunt in libro
secundum opera sua. Per legem et evangelium iudi
cati sunt secundum quod ex his fecerunt. Semel
inquit locutus est Deus, duo hec audivi. Que
duo clarius manifestat dicens: Domini est regnum
et ipse dominabitur gentium. Audivit de regnum
Iohannes, vero librum aspexit. Id duo audivit
Iohannes, vero duos invenit libros. Et in duobus
quid continetur? Id dicit: potestas Dei et tibi
Domine misericordia. Potestas in iudicando est, misericordia
vero in terminum tendo. Iohannes dicit: Et iudi
cati sunt mortui ex his qui erant scripta in
libris secundum opera eorum. David dicit quia
tu reddes singulis secundum opera eorum. Quantum
similitudo dicturus est, quantum intentione
sancti iste Iohannes non sunt suppliciati, ut quisque
discutiatur et consideretur. Et dedit mare mor
tuos suos. Mare est speciales mundi iste intelli
gitur. Gentes quas Christo in hoc mundo ad iu
dicium invenerit vivos ipsi sunt mortui maris
sive et simplicitate secundum litteram saltim mare
possumus hoc loco intellegere ut et ipsos in die
iudicii reddat quos negavit. Et mors et
infernus dederunt mortuos suos. Ipse
sunt gentes sepulte qui nunc in monumentis
et in hic ut oculi in ipsa carne qua in hoc mundo
vixerunt et in ipso pulvere resurrecturi sunt.
Nequis dicere consumptos pelago et a piscibus
aquis bestiis devoratos non posse resurgere.
Ideo dedisse mare mortuos suos dicit.
Et mors et infernum missi sunt in stagnum ignis.
Hec est mors secunda. Qui non est inventus in libro
vite scriptus missus est in stagnum ignis.

EXPLICIT

INCIPIT: DE HIERUSALEM [illegible]

UVA.BHSC

Liber duo de cimus

Et uidi celum nouum et terram nouam. Primum
enim celum abiit et mare iam non est. Et ciui-
tatem sanctam Hierusalem nouam uidi descendentem
de celo a deo conpositam sicut sponsam adornatam
uiro suo. Et audiui uocem magnam de celo dicentem:
Ecce tabernaculum dei cum hominibus, et habi-
tabit cum ipsis et ipsi erunt populus eius et ipse deus
cum eis erit eorum deus. Et abstergit omnem
lacrimam ab oculis eorum, et mors non erit
amplius, et luctus non erit; iam prima transie-
runt. Et dixit sedens super thronum: Ecce noua
facio omnia. Et dicit: Scribe, quoniam sermones isti
fideles et ueri sunt. Et dixit mihi: Ego sum alfa
et ω, initium et finis. Ego sitienti dabo
aquam de fonte uite gratis. Qui uicerit possidebit
hec, et ero ei deus et erit mihi filius. Timidis autem et
incredulis et execratis et homicidis et ueneficis
et idolorum cultoribus et omnibus mendacibus pars
erit in stagnum ardentem igni et sulfure, quod
est mors secunda. Et uenit unus de septem angelis haben-
tibus septem fialas plenas septem plagis nouissi-
mis et locutus est mecum dicens: Ueni ostendam
tibi sponsam uxorem agni. Et abstulit me
in spiritu supra montem magnum et altum et osten-
dit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem
de celo a deo; luminare eius simile lapidi pretio-
sissimo sicut lapide in modum cristalli. Habentem
portas duodecim et super portas angelos duodecim
et nomina superscripta que sunt nomina XII tribuum
Israhel. Ab oriente portę tres. Ab occidente
portę tres. Ab aquilone portę tres. Ab austro
portę tres. Et murus ciuitatis habens fun-
damenta duodecim et super XII nomina
apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum
habebat mensuram arundinem auream ut
metiretur ciuitatem et portas eius et
muros eius. Et ciuitas quadriposita est.

Et longitudo eius quanta et latitudo, et
mensus est ciuitatem stadiorum duodecim.
Longitudo et latitudo eius equalia sunt men-
sura hominis quod est angeli. Muri et ciui-
tas auri mundi simile uitro mundo.
Fundamenta ciuitatis auri omni lapide pretiosa.
Fundamentum: Primum iaspis. Secundum
saffirus. Tertius carcedon. Quartus
zmaragdinum. Quintus sardonix. Sextus
sardinum. Septimus crisolitum. Octauum
berillum. Nonum topazion. Decimum
crissoprasinum. Undecimum iacincitum.
Duodecimum amatistum. Et duodecim
portę duodecim margaritę singulatim,
et unaquęque porta erat de una margarita.
Et platea ciuitatis aurum mundum uitrum pers-
picuum. Et templum non uidi in ea. Dominus enim
deus omnipotens templum eius est et agnus. Et ciuitas
non indiget solem neque lunam ut luceat ei.
Et ambulabunt gentes per lumen eius usque in finem.
Et reges terre afferent gloriam suam in ea. Et portę eius
non cludentur die, et nox ibi non erit.
Et afferent gloriam et honorem gentium in ea. Et non
intrabit omne inmundum in ea et faciens abomi-
nationem et mendacium, nisi scripti in libro
uite agni. Et ostendit mihi flumen aque
sicut cristallum procedens a throno et agni. In medio
platee eius et ex utraque parte fluminis lignum uite
faciens fructum duodecim, per singulos menses
reddens fructum suum. Et folia ligni in curationem
gentium. Et omnis non erit. Adduc throni
dei et agni in ea erit et serui eius seruient ei.
Et uidebunt faciem eius et nomen eius in frontibus
eorum. Et nox non erit amplius, et non ege-
bunt lumine lucerne et lumine solis, quoniam dominus deus
inluminat eos et regnabunt super eos in secula seculorum amen.

EXPLICIT STORIA DE HIERUSALEM CIVITATE

UVA.BHSC



UVA



BHSC

EXPLANATIO SUPRA

SCRIPTE STORIE:

Hanc Hierusalem celum dicit quem
recipit a tempore Christi passione usque
in diem quo resurget et cum Christo
in vita coronetur in gloria. Miscet
utrumque tempus nunc presens nunc
futurum. Et cum quanta gloria susce-
pit Christo et separata ab omni
malorum incursum plenius declaratur.
Recipit a te ab origine mundi dicens.
Et vidi celum novum et terram novam.
Primum enim celum et terra abiit.
Et mare iam non est. Hec tota scri-
buntur ut ea que futura sunt attente
cognoscimus. Qui et sermone Domini loquitur
dicens. Ecce ego creo celum novum
et terram novam. Et non erunt in
memoria priora. Et non ascendunt
super cor. Sed gaudebitis usque in sem-
piternum. In his que ego creo.
Celum novum est ecclesia. Qui et
quo Christus carnem adsumpsit celum
novum et terram novam creabit.
In celo spiritum dicimus et terra carnem.
Primus Adam factus fuerat in animam
viventem. Secundus Adam in spiritum vivifi-
cantem. Completo tempore ascen-
dit in cruce. Et mortuos suis pro-
ximos mundi salvatione. Cuius exemplum
sequentes ecclesia renovatur in cognitione
veritatis de die in diem. Et qua reno-
vatione presentia sancti fulgebunt in die
iudicii. Quam in hac vita neque pu-
tatur iam non in tempore isto sancti
sed in gloria renovabitur sicut

dicit. Et civitatem sanctam Hierusalem
novam vidi descendentem de celo a Deo
compositam sicut sponsam ornatam
viro suo. Hierusalem celestis multitudo
sanctorum est. Qui cum Domino dicitur esse ven-
tura. Sicut Zaccarias ait. Ecce Dominus
Deus meus veniet omnesque sancti cum eo. Hi pre-
parantur Deo ubi tantum orationem mundi
et qui habitant cum eo sicut sponsa
ornata viro suo sic ornatur sancta
ecclesia atque procedunt coniungendi
Domino suo et in eternum mansuri cum eo.
Et audivi vocem magnam de throno Dei
dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum homi-
nibus et habitabit cum ipsis et ipsi populi
eius erunt et ipse Deus cum eis erit eorum
Deus. Et abstergent Deus omnem lacrimam
ab oculis eorum et mors ultra non erit
neque luctus neque dolor erit amplius
neque clamor que prima fuerunt tran-
sierunt. Omnia hec spiritaliter intelle-
genda sunt. Iam enim sancti hic celi vocantur.
Nec preterit sancti a superioribus sicut scrip-
tum est. Nostra conversatio in celis est.
Unde Dominum nostrum Ihesum Christum expectamus.
Et Dominus testimonium sibi reddet quod
multitudo sanctorum ipsius tabernacu-
lum fiat et habitet cum eis in eternum.
Sitque eorum Dominus et ipsi sunt populi eius.
Omnem fletum omnemque lacrimam ipse
auferet de oculis eorum quos eternis
remunerat gaudiis. Et perpetua bea-
titudinem facit esse perspicuos.
Et qui sedebat in throno ait. Ecce nova
facio omnia. Sic et apostolus ait. Que
ergo non vacua creatura sive terra de-
futuro promissio sit sanctis ut ad salutem
ut innovetur. Ideoque omnis plenitudo

UVA.BHSC

refulgeat. Inde et apostolus dicit. quod
et mortui resurgent incorrupti et nos
inmutabimur in ictu. Et dicit scribe quia
hec uerba fidelissima sunt et uera. Et
dixit mihi. Ego sum alfa et ω initium
et finis. Ego sitienti dabo aquam de
fonte uite gratis. Ista cupientibus re
missionem peccatorum per donationem bab
tismi. aqua non solum simpliciter
nominatur qui sine spiritu sancto esse non
potest. quia et spiritus sanctus nomine aque appel
latur in euangelio domino clamante
et dicente. Si quis sitit ueniat ad
me et bibat qui credit in me flumina
aque uiue fluent de uentre eius. Euan
gelista autem exposuit unde diceret.
secutus enim ait. hoc enim dicebat
de spiritu quem accepturi erant credentes
in eum. Sed aliud est aqua sacramenti
uisibilis. et aliud spiritus inuisibilis.
Ista abluit corpus et significat
quod fit in anima. per illum autem
spiritum sanctum ipsa anima mundatur.
Spiritus sanctus pro qua re ad nos mittatur
multis nominibus appellatur. Spiritus ideo
dicitur eo quod nobis aliquid siue
ad amorem domini siue ad scripturas in
terpretandas inspirat. Spiritus sanctus
et opere et quam angelus intellegitur.
eo quod nobis inspirando quasi adnun
tiat. Paraclitus dicitur eo quod
nos in tribulatione consolat.
Paraclisis enim grece latine conso
latio dicitur. Alii paraclitum
latine oratorem. ut aduocatum
interpretantur. Spiritus sanctus donum
dicitur quia nobis unicuique per
mensuram datur. Spiritus caritas

dicitur quia nos in uno coniungit.
Spiritus ipse columba dicitur quia nos
simplices facit. Spiritus sanctus ignis
dicitur quia nos in unum calefacit.
Spiritus sanctus unctio dicitur quia nos ad
predicandum docet et ipse est in nobis
unctio inuisibilis. Spiritus sanctus digitus
dicitur quia in tabulis cordium
uerba legis scripsit. siue quia et coope
ratoria uirtutis cum patre et filio
significetur. unde et apostolus ait.
Hec autem omnia operatur unus atque idem
spiritus diuidens singulis prout uult.
Proinde septiformis nuncupatur.
propter ea dona que diuinitatis eius
plenitudinem participationem quisque
ut dignissimi sunt consequi merentur.
Qui spiritus non est corpus. et tamen esse
uidetur creature ut ipsi sit. Sicut
autem post baptismum in christo mo
rimur. et renascimur ita spiritu signa
mur quod est in die iudicii dei et spiritu
signaculum de hoc dicit. Qui uicit
possidebit hec. et ero eius deus. et ipse erit
mihi filius. timidis autem et incredibilis
et execrabilibus et homicidiis et bene
ficis. et idolorum cultoribus omnibus
et mendacibus pars erit in stagno
ardenti igni et sulfure quod est
mors secunda. Et uenit unus de septem
angelis. habentibus septem fialas
plenas septem plagarum nouissi
marum. plenas dixit fialas quia
supra in nono libro septem exposuimus
effusas. Et si hic legant non intelle
xerint ibi plenissime intellegunt.
Unde manifestum est hunc librum
duodecimum sicut supra diximus.

UVA.BHSC

recapitulauit in xpi passione.
Et loquutus est mecum dicens: ueni
ostendam tibi sponsam uxorem agni.
Et sustulit me in spiritu supra montem
magnum et altum. Montem
magnum et altum xpm dicit.
Prophetia adtestante. In illa die erit
mons domus domini preparatus in uertice
montium. Id est super apostolos qui et ipsi
montes appellantur. In illa die quod
dicit id est a xpi passione usque ad secundum
aduentum est que una dies dicitur.
De sexto die quia sex diebus operatus
est mundum. Item et per sex milia annos
sex dies conposuit. Et in sexta die sex et
milia per baptismum penitentiam
dictum est aqua incipit usque in finem
filius dei appellatur. Et multe fuc
aetatibus ignis est quod est mons sedis
preparatur. Repromittitur multi-
tudo fructorum suorum. Porro ab an-
gelo dicitur sustulit me in spiritu in
montem altum. Ac si diceret sustulit
dominus qui nunc est in celo spatiis factus
sum in contemplatione constitutus.
Deo me eleuante. Et ostendit mihi
ciuitatem sanctam hierusalem descendentem
de celo a deo. Hec est ecclesia ciuitas in
monte constituta sponsa agni
quia non est alia ecclesia et alia ciui-
tas quia una est quia semper in perm-
anet de celo descendit a deo quia
filium dei imitando in permanentia a
descendere dicitur in humilitate.
Sic enim filium dei descendit de celo
quum in forma dei esset formam serui
adsumens humiliauit se usque ad mortem.
Descensio filii dei incarnatio est.

Hec est ciuitas celestis a deo descendit imi-
tando deum. Id est sequendo dominum uestigia xpi
filii dei. Et hanc ciuitatem sponsam
dicit agni. Unde manifestatum est ipsam
esse ecclesiam quam sic describit dicens.
Habentem claritatem dei. Luminare
eius simile lapidi pretiosissimo sicut
lapidi in modum cristalli. Lapis pretiosissimi
habentem murum magnum et altum.
Sciendum magnopere est quia tanto
unaqueque anima fit pretiosior ante
oculos dei quanto pro amore ueritatis
dispectior fuerit ante oculos suos.
Hunc ad saul dicitur. Nonne cum par-
uulus es in oculis tuis caput te consti-
tui in tribus israhel. Ac si aperte diceret.
Magnus mihi fuisti quando despectus
eras tibi. Modo uero magnus es tibi despe-
ctus es mihi. Unde per prophetam
dicitur. Ue qui sapientes estis in oculis
uestris et coram uobis met ipsis prudentes.
Et tanto ergo fit unusquisque uilior deo quanto
plus fuerit pretiosior sibi. Quia humi-
lia respicit et alta delonge agnoscit.
Hec murus magnus et altus qui nunc
sibi fuerit despectus. Luminare dei
est cuncta prospicere sicut adnu-
tu nihil dicit. Sub quadam figu-
neum uidit. Id est sub umbra legis elec-
tionis. Uidit ergo lapidem pretiosissimum
quia humilia elegit. Infirma enim
mundi elegit deus ut confunderet forti-
a. Ideo pretiosissimum lapidem dicit cum
humana anima de se ablectat su-
perbiam grauitatis sue in lus structione
respicit. De qua uidelicet anima
per prophetam dicit. Si separa-
ueris pretiosum a uili quasi os meum eris.

...lis quippe est domundus pretiosus·
pretiosa est et anima humana · Qui
ergo pretiosorum uilis sepatur quasi os
dni uocatur · quia per eum dns uerbasua
loquitur qui a lumore peccati casselii quandoque
potest humanam animam euelli·
et quia est cautus noui docatores a deo
usque perducat sunt ut occultas
quoque allegoriarum caliginis uetati
ostentantur · sequitur et tenetur texte subditur·
Portas duodecim et sup portas angelos
duodecim · et nomina supscripta que
sunt nomina duodecim tribus israhel·
Supradixit enim luminare eius simile
lapide pretiosissimo similem crisstallo.
hic uero dicit habentem portas XII m.
et in prophetis legimus de eadem ciui
tatem quod non erit tibi amplius
sol ad lucendum per diem· nec splendor
lune illuminabit te· sed erit tibi
dns in lucem sempiternam· et deus tuus
in gloriam tuam· Lumen eius simile est
lapide pretioso· sicut lapis iaspidis
sicut cristallum· sicut enim splendor
in eo lapide est· nec externus est ut est ducit
sed est naturali claritatem placidam
laticinatur illa discribitur· nullo
siderum fulgore luminari · sed solo di
inuisibilitate luce luscurari· In cristalli
autem candore habetas mi · in eo signi
ficat gratia uirtute· et habebat
murum magnum et altum· et
zaccharias dicit· ego ero illi dns
murus igneis in circuitu· quid autem
magnum atque tam precelsum·
quam dnm magestate esse custodium:
pretiose sue ciuitatem scam circu
dare munimine· Quod autem dicit
habentes portas duodecim· et in portis
angelis duodecim tribum filiorum
israhel· In euangelio legitur dnm de se
dicere · ego sum ostium · si quis
per me intrat et ingredietur et pascua
inueniet · ergo ianua xps est · Duo
decim uero porte et duodecim tribus
israhel· duodecim apostoli sunt et duo
decim prophete· que est secta in duo
denario numero firmata · et hec
duodecim portas ad unum portam
maiorem ueniunt que est xps · ergo
ianua xps est· principes autem fidei
nre · id est apostoli · Non ianua sed scripta
in portas · hoc est in ianuis relegunatur·
Ut hos ostenderet dns ihs xps omnibus scis
extitisse ianua ueritate ut in fide
dni nri ihu xpi · omnem puerorum uectarum
quorum mansisse significat ·
Duodecim angeli portarum · et duo
decim porte· et duodecim funda
menta in quibus nomina apostolorum
agni scripta dicuntur originata
et recte faciunt quia tota orbis dnm
nrm post passionem suam in sepul
cro certum lucuisse · ut ostenderet
et uniuersorum prophetarum prin
cipium auribus et subsequentem
apostolorum quorum una dni fuisse
fide et passione saluatori · et in
uno in totam per fidem xpi qui est ianua
ad agnitionem omnipotentis dni peruenire ·
Nam et ipsi apostoli in duodecim funda
mentis scripta referuntur quia
xps est fundamentum dicente
paulo· Fundamentum enim aliud
nemo potest ponere preter id quod
positum est quod est ipse ihs xps

UVA.BHSC

et ipse in singulis et singulis in ipso
consistit. Dns enim dicit. et tu es petrus.
et super hanc petram edificabo eccla
meam. Et scriptum est in verbis
beatissimi pauli. quod petra erat
xps. Ergo petrus ille est cui dns loque
batur. super hanc petram edificabo
eclesiam meam. Id est super fidem dnice
incarnationis passionis et resurrec
tionis. quod vero civitas in quadro
posita. in quattuor evangelistarum
ordine. super dnica incarnationem
edificatam notat eclesiam. per quattuor
mundi partes sicut dicit. ab oriente
porte tres. ab aquilone porte tres.
ab austro porte tres. ab occidente
porte tres. Et murus civitatis
habens fundamenta duodecim
et super ea duodecim nomina apostolorum
agni. Et quia ... quater terni duo
decim fiunt trinitatis misterium
per quattuor mundi partes susce
pisse significant. Quum vero
et duodecim portas. et duodecim
angulos. et duodecim nomina supra
scripta dicit. originales patres.
id est duodecim patriarchas filiorum
iacob et duodecim prophetas.
et duodecim apostolos. et post
mundum scripta patriarcharum
prophetarum. et apostolorum nomina
per legis et evangelii fidem con
fluxisse demonstrat. Et qui
loquebatur mecum habebat
mensuram arundineum aureum
ut metiretur civitatem et por
tas eius et murum et civitas
in quadro posita est. In arundine

aurum hominis et actum hosten
dit. fragilis quidem sed aureum.
In arundine fragilitatem humanam
intellegimus. In auro vero sapientiam
in ipsa fragilitate mirum sicut
apostolus dicit. Et thesauros in fictili
bus habemus. Et mensurarum
numerus dicit. accepte spatiis hoc
in omnibus scis intellege. Et qui
murum ignis in circuitu est dnm
esse iam diximus. In arundine
aurea fidem incarnationis dni
nri ihu xpi esse dicimus quicumque
fragilitatis humane ad summam
in exemplo salutis nobis est ...
culus per puritatem et simplicitatem
omni lucidior metallo est
et corpus. homo est sed nullus
ei similis. inter filios est hominum
Ipse solus est per quem mensuram fidei
exercet trinitatis ut portarum men
suram et latitudo muri cognoscit.
Et civitas in quadrum posita est
id est in quadriformi evangeliorum
fide perfecta. Quia et latitudinem
quam et quam longitudinis esse
monstratur. quia nihil in fide eius
in homine nichil additum minu
tum esse perhibetur. Et longitudo
eius quanta et latitudo. Et mensus
est civitatem stadiorum duodecim
Longitudo et latitudo est equa
lia sunt. Duodenarius iste nume
rus est ... duplicatus id est centum
viginti animas super quas sps
scs igneis linguis legimus in unum
congregatas descendisse. cum nu
mero coniuncta viginti quattuor

UVA.BHSC

186

senioris fuerunt centum quadraginta
quattuor. Quem numerum si legere
certissime volueris, in quarto libro
planissime cognoscis. Et hoc arundine
quam corpus Christi esse intimavimus men-
surata in qua civitatem super stadia
duodecim. Fidem enim Christi et sancti in-
tegritatis populi per hec duodecim sta-
dia, id per apostolorum doctrinam
et patrum veterum et prophetarum
fidem agnoscitur et operatur. Et ipsi
dicuntur aurea arundine auri mensu-
rata qui et limitantur per
fidem et opera, quia nihil valet fides
nisi fuerit et opera adiuncta.
Qui dicit se in fide manere et non ope-
ratur, fit ad demonum imitatus.
Et qui operatur et fidem non habet
nisi finem ad hunc terrena in vacuum
et sine causa laborat. Sicut dicit
Latitudo enim erat longitudo quanta
et altitudo est equalia universa.
Nihil superfluum nihil extensius
venientis repperitur in sanctis. Nihil
minus invenitur in eis. Quod vero
dicit duodecim stadia que fiunt nume-
ris tribus mille et quingentos stadios quid
litteratis spiritale intellegentia numerus
iste contineat videamus. In psalmis
enim legimus de lege Domini: verbi
quod mandavit in mille generati-
ones. Hoc numerum computatores
recognoscunt. In hoc ergo numero
totius computi plenitudo finitur.
Ut ostenderet omnem sanctorum plenitudinem
septiformis spiritus sancti fide solidari,
que forma in unitatibus non in spe-
cie continetur.

Dicitur enim spiritus sapientie et intellectus,
spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie
et pietatis, et spiritus timoris Domini.
Quem septiformem spiritum propheta descrips-
it descendendo magis quam ascendendo
numeravit, id est de sapientia ad
timorem descendens. Et quoniam scrip-
tum est initium sapientie timor Domini,
constat sine dubio quia a timore
ad sapientiam ascenditur, non
autem a sapientia ad timorem reditur.
Quia nimirum perfectam habet sapi-
entia caritatem. Et scriptum est:
Perfecta caritas foras mittit timorem.
Sed nos quia de terrenis ad celestia ascen-
dimus, eosdem gradus gradatim ascen-
dendo numeramus ut a timore ad
sapientiam pervenire valeamus.
In mente ergo nostra ascensionis gradus
est timor Domini, secundus pietas, tertius
scientia, quartus fortitudo,
quintus consilium, sextus intellectus,
septimus sapientia. Est enim timor Domini
in mente, sed qualis timor Domini est
si cum eo pietas non est. Qui enim
misereri proximo ignorat compati
eius tribulationi dissimulat, huius
timor ante omnipotentis Dei oculos
nullus est, qui non sublevatur
a pietate enim. Sed pietas per inscien-
tiam nescit errare solet et condimittere
parcit pro neglegentia que parcenda
non sunt. Peccata enim que ad
gehenne ignibus possunt disciplinae
sunt flagello corrigenda. Sed
ordinata pietas cum temporaliter
parcit ad eternum incendium per-
ducit. Ut ergo ordinata pietas

UVA.BHSC

ad gradum est aliud sublevandus.
Idest ut sciat quomodo. Nescit ut quidem
misericordia flagellet et corripiat.
ut quid et misericordia dimittat.
Sed quid si sciat quid agere quisque
debeat. virtutem autem agendi non
habeat. dignum est ut scientia nunc
crescat ad fortitudinem. Ita quum
videt quia faciendum sit hoc
facere per mentis fortitudinem possit.
Nec timore trepidet et pavore con
lapsum non valeat bona que sentit.
Sed saepe fortitudo si improvida fuerit
et minus contra vitia circumspecta:
ipsa sui praesumptione in periculo
ruit. Ascendat ergo ad consilium
ut providendo praemuniat omne
quod facere fortitudo potest. Sed
esse consilium non potest si intelle
ctus ibi non est. Quia qui non intelli
git malum quod facientem gravat
quomodo poterit bonum solidare
quod adiuvat. Itaque a consilio
ascendimus ad intellectum.
Sed quid si intellectus magno quidem
acumine vigilet et moderari se
nesciat per maturitatem. Ab in
tellectu ergo ascenditur ad sapien
tiam. ut hoc quod acute intelle
ctus invenit sapientia mature
disponat. Per hanc septiformem
gratiam omnes sancti per duodecim
portas ecclesiae per quattuor partes
mundi ingressi dicuntur. Idest
ab oriente. ab occidente. aqui
lone et meridie. Per orientalem
vero portam primitus iudaicus
populus ingressus est de quibus cum ille

natus est qui sol iustitiae vocatur.
Per aquilonis portam gentilitas figu
ratur. quae in perfidiae suae frigore
torpuit et in cuius corde ille regnavit.
qui contra auctorem per superbiam apud semet ipsum
dixit. Ponam sedem meam ab aqui
lone. Et iudea enim et gentilitas et
sicut dictum est ad sanctitatis cul
men conscenderunt. Quamvis intellegi
possit etiam aquilonem et quam
iusti et peccatores. Orientis quippe
non immerito iusti nominantur.
qui sicut in luce fidei per baptismum
nati sunt in innocentia perstiterunt.
Per aquilonem vero tecte peccatores
accipimus. qui in mentis frigore di
lapsi. sub peccatis sui umbra tor
puerunt. Sed quia omnipotentis dei
misericordia. et quam aliter ad penitentiam
revocat conpunctione et lacrimis
lavat. virtutibus ditat et usque ad
perfectionis culmen sublevat. Non
solum ab oriente perfectionis caelesti
numero sed etiam ab aquilone
dicuntur dum cum iustis et quam
peccatores per donum et penitentiam
ad perfectionem veniunt. Ergo habere
dicitur portam ab aquilone quae
habet portam ab oriente. quia
et conversi peccatores sic ditantur
virtutibus sicut illi sunt ditati qui
cadere in peccatum vitaverunt.
Unde et psalmista voce per dominum dicit.
Cinerem sicut panem manducabam.
In cinere peccatores dixit. In pane
bonos. Quia sic penitentes accepit
sicut iustos. Sicut scriptum est
de peccatoribus. si olim in cilicio et

UVA.BHSC

ciuitate per penitentiam a terrena. Cunctis ergo
sicut per unius commeatum quando ad
auctorem suum per iniquitatem peccator, per
penitentiam sicut innocens reuocatur.
Cuncta hic in orientalis et aquilonis
porta iudicata sunt, non congruit
uerbum ponendo replicare. Notandum
tamen nobis est quia in spiritali
edificio una atrii adiacet ad orientem, alius ad
aquilonem, atque alius ad austrum patet.
Sicut enim aquilonis frigore peccati tor-
por, ita per austrum calorem uiuum feruore spiritus
designatur, qui calorem sancti spiritus ac-
censi, uelut in meridiana luce uirtu-
tibus excrescunt. Patet porta ad
orientem eis qui post fidem nulla iniquitatis
profunditate dimersi sunt ad gaudia
celestia perueniunt. Patet porta
ad aquilonem illis qui post in
quo acceptionem fidei caloris et luminis
in peccatorum suorum frigore
et obscuritate dilapsi sunt, per com-
punctionem penitentiae ad ueniam
redeunt, et quae sint in aeterna retri-
butionis uitae laetitia cognoscunt.
Patet porta ad meridiem illis qui
sancti desiderii in uirtutibus feruentes
spiritali intellectu cotidie in aeternum gaudium
misterium penetrant. In hac autem quam prae-
diximus porta, cum qua auctor huius mundi
... aedificio hoc non
quattuor sed tres portae esse memorantur.
Quod tractandum fuerat, si
non spiritale sed corporale aedificium
uidisset. Sancta enim ecclesia spiritale edi-
ficium tres solummodo portas habet,
uidelicet fidem, spem atque caritatem:
unam ad orientem, aliam ad aquilonem,
tertiam ad meridiem. Porta quippe
in oriente est fides, quia per ipsam
lux uera nascitur in mente. Porta
ad aquilonem est spes, quia unusquisque
in peccatis positus, si de uenia despe-
rauerit, funditus periit. Unde necesse
est ut qui per suam iniquitatem
contabuit, est per spem misericordiae reuiuiscat.
Porta ad meridiem est caritas, quia
igne amoris ardet. In meridiana
etenim plaga sol in altum ducitur,
quia per caritatem lumen fidei in
dei et proximi dilectione subleuatur.
Et in his tribus portis per fidem et spem
atque caritatem ad gaudia sempi-
terna peruenitur. Haec igitur dixi
quia per portas significare dominum et
praedicatores et scripturarum sacrarum
et fidem exposui. Et ubicumque
in hoc libro porta legitur signare
non creditur. Cum enim de una
porta dicitur quis loquitur, recte fides
intellecta est, quia una est electorum
omnium fides. Cum uero aliae portae
nominantur, intelligi etiam praedica-
tores possunt, per quorum linguam
uerum iter cognoscitur, et per quos
accenditur ad structuram aeternorum
spiritalium cognitionem. Porro unum
atrium quod centum quadraginta
cubitis porrigitur partibus, perfectionem
sanctorum et doctrinae patrum fidem in
centenario continet numerorum.
In quadragenario uero quadrifida
euangelistarum doctrina plenissimam
legis decalogum intelligi uolunt
continentem. In quibus trinitatis est
misterium. Igitur nobis et duodecim

complentur. ut secundum rationabilitatem
materiam intellectum ad disciplinam
fidei dominice sub hoc numerorum sa
cramento quod diximus posse con
currere. ualitudinem dei manifesta
uidetur numerus. Similiter quinque
studia quę septenario et quindecim
passibus extenduntur. centesimi centum
faciunt. ut a perfectorum nominum
in presentia mundi perfici et exten
dere ebdomada. Siquidem sex diebus
fecit deus celum et terram. et septimo
requieuit ab operibus suis. et septem
diebus mundum constare uidimus.
Quod dominus in euangelio dedit nouissimo
dicit. Orate ne fiat fuga uestra hieme
uel sabbato. Qui numerus facit ut
septies septem centum. ostendit
omnem sanctorum plenitudinem in hac
ebdomada qua mundus constat per
dicte fidei sacramento concrescere.
Et quintum qui super sunt significat
tanta in domino nostro ihesu christo plenitudinem
diuinitatis. Sicut dicit apostolus.
In ipso habitat omnis plenitudo di
uinitatis corporaliter. Et ideo quinque
in cuius diuisis partibus supra humanos
sensus. supra omnem intellegentiam
ad summam patrem hominem dominum nostrum ihesum
christum manere demonstrat. Ne quis
presumat conceptionem cuius con
similem nobis in illo sanctitate. Sed
ut ipsum autem supra omnem dignis
simorum corpus. supra omnem sanctorum
intellegentiam refulsisse cognoscerent quia
in ipso plenitudo diuinitatis est.
Sicut ille dicit. Ego in patre et pater
in me est. Et alio quo tantum uirtus sua est.

nihil quod equale mortalibus. Tamen
et si coequari patri cuius ad supparationem
dicatur sic supra omnem autem esse
credendus est. quia dicit apostolus.
Et si nouimus secundum carnem christum. sed nunc
iam non nouimus. Ne forte ostenderemus
nos quasi communem hominem con
templari. **Et ciuitas aurum
mundum simile uitro mundo.** Aurum
namque metallum nouimus meliorem me
tallis omnibus claritate fulgere. uitro mundo
natura est ut quod intrinsecus uisum pura in
trinsecus perspicuitate placeat. In alio
metallo quicquid interius continetur.
In uitro uero quilibet licor qualis conti
netur interius talis demonstratur. Atque
ut ita dixerim omnis licor in uitro uasculo
clausus patet. Quid ergo aliud in auro
ut uitro accipimus nisi illam supernam
patriam. Illa beatorum ciuium societate
quorum corda sibi inuicem et claritate
fulgent et puritate. quam lucernam quam
iohannes in hoc apocalipsin conspexerat
sua cum dicebat. Et structura mu
ri eius de iaspide. Ipsa uero ciuitas auro
mundo simile uitro mundo. quia enim
sancti omnes summa in ea beatitudinis cla
ritate fulgebunt instructam uero dicitur.
Et quoniam ipsa eorum claritas inuicem [illegible]
sibi in alterutrius cordibus patet. et unius
cuiusque uultus attenditur. simul et
conscientia penetratur hoc ipsum
aurum uitro mundo esse memoratur.
Ibi quippe unius cuiusque mentem ab al
terius oculis membrorum corpulentia
non abscondit. sed patebit animus cor
poralibus oculis. Ipsa quoque corporis armonia
Sic quisque unusquisque tunc erit [illegible] conspicabi

UVA.BHSC

lib' clari sicut esse non poterat conspicabilis
sibi. Nunc autem cor dum sui quamdiu
in hac uita sunt. quia ubi alterum uident
non possunt non in eo uident sed in eo
lucis uasculo concluduntur. ut ait psalmista
educ. eripe me de luto. Illuc enim scia secta
auro maior discribitur. In auro clara.
in uitro perspicua. sed quamuis in eo sci
omnes auri claritate fulgeant. atque
perspicuitate placeant. xpo adequari
non possunt. Ad hoc enim omnes ad illa
gaudia pertinent. ut deo similes
esse possint. sicut scriptum est.
Quum apparuerit similes ei erimus. quoniam
uidebimus eum sicuti est. Et tamen scriptum
est. quis similis deo in filios dei.
Dicunt ergo unde erunt sci similes xpo.
et unde non similes. Nisi quia huic
supernae et similes erunt ad imaginem
et tamen non erunt similes ad equalitatem.
Aspiciendo quippe eternitatem dei sua
est. ut aeterni sint. Et dum uisionis eius
donum percipiunt ex perceptione beati
tudinis imitantur quod uident.
Et similes ergo sunt quibus beati fiunt
et tamen creatori similes non sunt
quia creati sunt. et habent laudem
quandoquidem dei sunt laudine. quia non
habet finem. Et tamen in circuitum
scripta di. equalitatem non habent
circum scriptione. Quantae libet sci
claritate et perspicuitate fulgeant
aliud est hominis esse superiores in
deo. adque aliud est esse hominem superiorem
dei. quum profecto superiorem ille uere
ciatur agnouit qui mediator dei et
hominum aliquem conputare scorum
minime presumsit. Et mensurae est

murum eius CXLIIII cubitorum. mensura
hominis qui est angeli. In ipso nunc
uero nobis intro inspiciendum mensura est.
Murus enim ciuitatis habet dnm nrm ihm xpm.
Quod mensura est mensura hominis id est xpi.
quia ad protectionem scorum ad minime
atque beatitudinis homo proficiat
ad sumptus. Ideo mensuram hominis
que est angeli dicitur. quia ipse est
angelus testamenti de quo dicitur.
Ueniet ad templum suum dns quem
uos quaeritis. et angelus testamenti
quem uos desideratis. Quod in CXLIIII
cubitis altitudo eius erigitur. quid
sacramenti contineat uideamus.
Centum enim decadibus decem collatum
ad patris decem quinque. unde omne plenum
audinem scorum omne lustratum que et ple
ctione decalogi et euangelii uiuacissime
consummatur dnm nrm ihm
xpi continere beatissime demonstratur.

Nunc uero que prolixe diximus. aperte
et breuiter declaremus. Ciuitatem
uero quam dicit auro et perfectione
resplendere lapidibus. et plateam suam
et flumen per medium et utrumque lignum et utrumque
partem faciens fructus duodecim per duodecim
menses. et solis lumen ibi non esse quia
agnus est lux eius. et portas esse de singulis
margaritis et omne portas que aut aut
patentes et claudi non posse. INTERPRETATIO.

Ciuitatem quadratam scorum
unitatem turba ostendit. in quibus nullo
modo fides fluctuare poterit. sicut ad
nos praecipitur. ut ex quadratis lignis
facere arcum. que diluuii possit impetum
ferre. Pretiosos lapides ornati in ipsa
ctione uiros ostendit. qui nec poterunt

UVA.BHSC

persecutionis moueri nec impetum pluuię uentu fide dissolui potuerunt. Propterea aurum mundum scribitur, quibus regis magni ciuitas decoratur. Platea uero eius ostenditur corda ab omnibus mundata sordibus, ubi deambulet dominus. Flumen uero uitę spiritalis munitionis cum[...] gratiam ostendit. Lignum uitę ex utraque ripa Christi secundum carnem ostendit aduentum, qui uenit et passus est, uetus lex predixit et euangelium manifestauit. Fructus uero duodecim per singulos menses duodecim apostolos diuersa gratia ostenduntur, quem ab uno ligno crucis susceperunt pro toto summe consumpto uerbi dei predicatione [...]. Et quia dicit in ciuitate eam solem non esse necessarium, euidenter ostendit Christum luminum inmaculatum fulgere in medio eius, cuius splendorem nullus potest sensus cogitare nec lingua proloqui. Et quamuis potest quod dicit ornatus esse positus et singulis margaritis ostendunt habitatores esse quattuor uirtutes: prudentiam, fortitudinem, iustitiam et temperantiam, que inuicem sibi [...] et adunatę miscentur, duodenario efficiunt numero. Potest uero duodecim apostolos esse credendi numero, quia in quattuor uirtutibus et pretiose margarite fulgentes in [...] sancti lumen doctrinę suę manifestauerunt ad ciuitatem sanctam ingredi faciunt. Ut de conuersatione eorum angeli letentur. Quod uero dicit non posse claudi portas, euidenter ostendit nullam contradictionem temporibus apostolorum doctrinam separari, et quamuis influctus gentium et hereticorum insania sub persecutione ad fidem uerum fuerit superati, eorum spume dissoluuntur.

Quia petra Christus a quo et per quem ecclesia fundata est. Nullis fluctibus insanientium hominum superatur. Ergo ut supra diximus audiendi non sunt qui mille annorum regnum terrenum ecclesiam esse non firmant, qui cum Cerintho heretico sentiunt. Et folia ligni in curationem gentium. Ostendit plenius ubique sit ista ciuitas. Non enim post mundum ulique gentes curabuntur. Folia ligni uitę uerba sunt ex cruce, quo prefigurabatur in primis hominibus quod de foliis arboris nuditatem suam texerunt [...]. Et omnis languor non erit adhuc. Sic et in numeris predicatum est: non erit gemitus in Iacob neque uidetur dolor in Israhel. Dominus est cum eo, preclara principum in eos. Deus qui eduxit eos de mundi Egypto, sicut gloria unius est, et neque infirmitates erunt in Iacob et Israhel. Sequitur et dicit: non enim est augurium in Iacob neque diuinatio in Israhel. Itaque in ecclesia non erunt idola. Quia nox diabolus precessit et ignorantia cęcitatis habita et dies Christus adpropinquauit. Et throni dei et agni in ea erunt. Throni dei sedes dei est, id est ecclesia. Psalmista adtestante qui ait: sedis autem dei in sancta sanctorum. Itaque unde et usque in sancta sanctorum. Et serui eius seruiunt ei et uidebunt faciem eius. Similiter ut nunc et in ecclesiam. Sicut dominus dicit: Qui me uidit uidit et patrem. Et felices mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. Et nomen eius in frontibus eorum, et nox non erit amplius, et non egebunt lumine lucerne neque lumine solis, quoniam dominus deus inluminat eos et regnabunt cum eo in secula seculorum.

explicit:

INCIPIT STORIA DANIELIS

UVA.BHSC

IN HOC FINE libri Iohannes dicit cecidisse
ad pedes angeli, qui ei tanta propalare dignatus
est ostendere. Significans quod cui dominus
futurum aliquid scripturarum ostendit, humi
lis ad pedes angeli, id est scripture, sub
iectus in templo aliorum primus cadere debet.
Et utique angelus nubes qui dicitur et scrip
tura nubes que est et angelus nuncupatur,
sicut in Actu legitur: Lex ago sci euan
gelii et bonum dicitur. Angelum ad
nuntiandum. Quod utique dicitur sub
uno bono ad nuntiandum. Iohannes uero qui
ad pedes angeli cecidit homo est, et omnes
sanctos significabit. Iste angelus specialiter
angelus est in quo dominus presidens loquebatur, qui
et nunc per sacerdotes loquitur, quia omnes
serui dei reges et sacerdotes dicuntur, sicut
scriptum est: Lumina nos supra cuius nostri et
fecit nos regnum sacerdotes deo et patri suo,
ipsi gloria in secula seculorum. In hoc fine libri hos
sacerdotes die noctuque mundat ad nunquam
et per animam que ... predicare et in duobus ciuitatibus
dei et diaboli unicuique alterius supplicia aperte
nuntiantur cito aduenire, et hec uerba uera et fide
lissima esse, et non legem clausa sicut in prima
dixerat parte. Signa que locuta sunt septem
tonitrua, Iam hic in ultimo libro dicit:
Ne signaueris, ac si dicatur: Et si in uetere non
cognouerunt, in fine mundi cognoscant.
Ecce iam finis mundi est, et dominus cito ueniet, et
unicuique secundum opera sua reddet, et omnes malos
usque tunc ... expellet, et omnibus qui in nunc libri
non obseruauerint fecerint ut crediderint et
que in eo scripta sunt, si quis intellectus non adnun
ciauerit, eum de libro uite cum maledictione ex
pellens et damnans iudicabit. Sicut nunc
presentem apertissime declarauit. **Hic storia I prima.**

Et dixit mihi: Sermones hii fideles et ueri sunt.
Et dominus spirituum [prophetarum] misit angelum suum ostendere seruis suis que
oportet fieri cito. Beatus qui seruat sermones pro
phetie libri huius. Et quum audissem et uidissem, cum
cecidi ut adorarem eum ante pedes angeli qui mihi
hostendebat hec. Et dicit mihi: Conseruus tuus sum
et fratrum tuorum seruantium sermones libri huius. Deum
adora. Et dixit mihi: Ne signaueris uerba prophetie libri
huius. Tempus enim proximum est. Qui lesus est, in ...
fuciat adhuc, et sordidus sordescat adhuc. Ecce uenio
cito et merces mea mecum reddere unicuique sicut opus
eius erit. Ego A et ω, primus et nouissimus, initium et finis.
Beati qui seruant mandata mea ut sit potestas eorum
super lignum uite, et per portas intrent in ciuitatem sanctam.
Foris canes et benefici et fornicarie et homicide et
idolorum cultores et omnis amans et faciens menda
cium. Ego Ihesus misi angelum testificari uobis hec
in ecclesiis. Ego sum radix et genus Dauid, stella splen
dida matutina. Et spiritus et sponsa dicunt: Ueni. Et
qui audit dicat: Ueni. Et qui sitit ueniat, et
accipiat aquam uite gratis. Contestor ego omnem
audientem sermones prophetie libri huius: Si quis
adposuerit ad ea, adponet deus super eum plagas
scriptas in libro hoc. Et si quis deminuerit de sermonibus
prophetie huius, demet deus partem eius de ligno uite
et de ciuitate sancta que scripta sunt in libro hoc. Dicit qui
testificatur hoc: Etiam uenio cito. Ueni domine
Ihesu Christe. Deo gratias. Gratia domini nostri Ihesu Christi cum omnibus.

EXPLICIT.

H**ec supra scripta storia** maxime ut sonat sim
pliciter et secundum literam intellegenda est, quia
illum supra cuncta explanata sunt. Et con
gruum non est ut ea que semel ... exposita exponentur
diximus sepius replicem, sed aliqua de ipsis clausulis ...
dicere que curiositatis expediunt. Precetur finis libri
in quo maledictionem sonuisse cognoscimus. Ne quod
absit simplices simpliciter intellegendo ...
scandalum aut disperationis lapsu incurrant.

UVA.BHSC

·a quem hic maledicia si non cognouerint quesita usque ad [illegible] offendiculi ·· EXPLICIT



UVA.BHSC

INCIPIT BREVIS: EXPLANATIO: SUPRA: SCRIPTE: STORIE:

Angelum quem dicit cui ita Iohanni
ostendere. Cui Iohannes adorans
ante pedes cadebat, certissime angelus
erat. In initio libri dixerat ipse an-
gelus cui Iohannes ante pedes eius ceciderat
tamquam mortuus, dicit inposuisse
manum suam dexteram super eum,
et audivit: noli timere, ego sum primus
et novissimus, et fui mortuus, et ecce
sum vivens in secula seculorum.
Post et vero ante pedes eius angeli
cecidisse memoratur, et hoc in
decimo libro plenissime explanavimus.
Dicit enim: cum cecidi ante pedes
eius et adorarem eum, ait mihi:
vide ne feceris; conservus enim tuus
sum et fratrum tuorum habentium testi-
monium Ihesu; deum adora. In initio
libri dixerat: ego sum primus et novissimus
et fui mortuus. In decimo vero libro
dicit: conservus tuus sum et fratrum
tuorum habentium testimonium
Ihesu. Hic autem in fine libri dicit:
Cum audissem eum, cecidi ut adora-
rem ante pedes angeli qui mihi
ostendebat hec, et dixit mihi:
conservus tuus sum et fratrum tuorum et ser-
vantium sermonum libri huius;
deum adora. Quod supra dixit
repetit, ut ostendit angelum
missum esse in figura domini et ecclesie.

cum et alibi dicat: ego sum Ihesus misi an-
gelum meum testificare hec in ecclesiis.
Nam testimonium Ihesu est spiritus prophetie.
Quicquid enim spiritus dei prophetie dicit
testimonium est Ihesu, quia habet
Ihesus testimonium a lege et prophetis.
Sic enim lector ex voce domini in eccle-
sia legit: ego sum dominus deus vivens. Qui
cum hec dicit, non pro se sed pro
domino dicit, et tamen quasi pro se
dicit, et veritatis regulam non
deserit. Ita intellegendum est di-
xisse angelus Iohanni. **Quod autem
dixit ne signaveris verba prophetie
huius, duobus locis duobus modis in-
tellegendum est.** Supra in quinto
libro dictum est: signa que locuta
sunt septem tonitrua et ne ea scrip-
seris. Hic vero in fine libri dicit:
Ne signaveris verba prophetie libri
huius; tempus enim proximum est.
Qui iniustus est iniustus fiat adhuc,
et sordidus sordescat adhuc. Ista
sunt propter quos dixerat: signa que
locuta sunt septem tonitrua;
ac si diceret: legunt in libros et non
intellegunt, quia in sordibus vivunt.
Deinceps dicit: iustus iustitiam faciat
adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc.
Ista sunt propter quos hic in fine libri
dixit: ne signaveris verba prophetie
huius; ac si aperte diceret: isti
legunt libros et intellegunt, et quod
intellexerint faciunt, quia iusti
sunt. Id sine in dubio sunt et in
caritate sunt et in scientia crescant
adhuc. Ita e contrario sordidi
propter que in sordibus vivunt

UVA.BHSC

legantur intellegunt · sed in sordibus cer-
cunt · et impietatem suam comple-
unt adhuc in eo quod mutant ·

Aliter autem hec intellegenda sunt de
initio ecclesie et finem · In priori parte
quod dicit signum que locuti sunt
septem tonitrua · et in fine libri pre-
cepit dicens · Ne signaveris verba
prophetie libri huius significat quia
quicquid in sancte ecclesie initiis latuit
finis quotidie ostendit · Sicut unius
cuiusque hominis sic ecclesie etatis discribitur ·

Parvula quippe tunc erat cum nati-
vitate tacens · verbum vite predicare non
poterat · adulescentula vero ecclesia
dicitur sicut scriptum est · adule-
scentule dilexerunt te · Universe
quippe ecclesie que unam catholicam
faciunt · adulescentule vocantur ·

Non tamen vetustate per culpam sed novelle
per gratiam · Adulescentula vero ecclesia dicitur ·
quando dei verbo copulata sancto repleta
spiritu per predicationis misterium in
filiorum conceptione fecundatur · quia
quos et orando et predicando con-
cipit convertendo parit · quos pre-
dicationem seducit · tunc concipit ·
et cum ad penitentiam publice vene-
rint conversos parit · quod vero
servientibus beatis potestatem sup(er)
lignum vite dare · et per portas in
civitatem sanctam promittit ·

Ipsi sunt qui per illas portas ingre-
diuntur · id est patriarcharum et prophe-
tarum et apostolorum · et omnium sanctorum per
eorum exempla ad unam portam veniunt
que est dominus Ihesus Christus · et ipsi sancti sunt
porte · et ipsi ecclesia · et ipsi sancta civitas

Hierusalem · et per portas non intrant maledicti
nisi soli venient · quia maledictis clause
sunt · Istas signavit et liber · Iste s(unt)
signata sunt septem tonitrua · De quibus
sequitur et dicit · Foris canes · et vene-
fici · et fornicarii · et homicide et idolo-
rum cultores · et omnis amans et faciens men-
dacium · Isti per has portas non ingre-
diuntur · et iste porte hodie sunt quia
oris predicatores sunt et per ipsorum pre-
dicationem ad vitam beatam ingre-
dimur · et qui nobis predicant verbis
et in opere ostendunt et amplius hoc au-
diendo et sequendo portas habemus ·

Item e contrario mali doctores portas
inferni sunt · quia per eorum vitam atque
doctrinam qui eos obaudiunt et imi-
tant non ad civitatem celestem sed
ad civitatem diaboli [illegible] et
in eternum supplicio merguntur · et
hi sunt utrusque portas civitatis dei et ci-
vitatis diaboli aperte sunt · et die
et nocte predicant · In die predicant
sancti qui in lumine sunt · id est in sapientia
sunt · De qua die dictum est · Hic est
dies quam fecit dominus · exultemus et iocun-
demur in eo · In nocte predicant ipo-
crite heretici · scismatici et pseudosa-
cerdotes · qui non pro lucro animarum sed
pro sua lucra honores concupiscunt
et ignorantia cecitatis ambulant
ipsi portas apertas in nocte dicuntur ·

Quia sicut sapientiam diximus lumen
ita et ignorantiam dicimus tenebras ·

Pro ipsos dicit dominus · Foris canes · Canes
dicuntur quia quasi gregem dominicum
servasse videntur et merito canes ·
quia post fidem baptismi gratiam

UVA.BHSC

ad uomitum peccatorum suorum reuertuntur. et super hoc malum scriptum est: canis reuersus ad uomitum suum. Ita omnes ad suum uitium sordidum quasi predicando adducunt. et non secundum ueritatem predicant. sed secundum quod intendunt. quia unusquisque legit. tantum intellegendo sensum auertat. ubi mundo oculum cordis detinuerit. et ubi cor suum est. ibi et thesaurum cordis sui. Semper enim sps et sponsa dicunt ueni. uter sps et sponsa. hoc est qui semper clamant uenite fili audite me timorem dni docebo uos. Uenite enim credere est. et quisitat ueniat et accipiat aquam uite gratis. Id qui uoluerit ueniat credat. et baptizetur in nomine patris et filii et spu sci. et non solum in aqua. et quum in morte xpi qui audiunt quam uis non omnes legunt quibus tantum dns dicit. testor ego omne audientem sermones prophetie libri huius. Si quis addiderit ad ea. addat ds super eum plagas scriptas in libro hoc. Dicit quia testificatur hoc. contestatur. hoc est siue bona siue mala in hoc libro scripta sunt. Ibi supplicio tt peniti. ibi gaudia sempiterna. Testes sunt ipsi librorum scriptores qui legunt. et euangelium testificant dno ihu xpo qui est testis fidelis. Mendaces uero addunt et minuunt uerba prophetie huius. quos supra canes et beneficos diximus. pro ipsis hoc maledictio est. et hoc propter ipsos insulsatores dixit. non pro eos qui simpliciter quod sentiunt dicunt.

In nullo prophetiam mutant. sed uerba eorum fide et opere sunt plena.

Ipsius dns dicit. etiam uenio cito. et ille dicunt. ueni dne ihu xpe do gratias. amen. Gratia dni ihu xpi cum omnes.

EXPLICIT CODIX: APOCALIPSIN: DUODENARIO: ELECTARUM: IN DUODENARIO: ORDINE LIBRORUM: INCISIONE DISTINCTIO:

Codix multorum librorum est. et liber est unius uoluminis. et dicitur codix. per traslationem truncis arborum. seu uitium quasi caudix quod ex se multitudinem librorum quasi ramorum contineat uolumen. Liber est a uoluendo dicitur sicut apud hebreos uolumina legis. uolumina prophetarum. folie tantum librorum appellatae. siue ex similitudine foliorum arborum seu quia ex follibus fiunt. Id est pellibus quibus occisis pecoribus detrahi solent. cuius partes pagine dicuntur. eo quod sibi inuicem conpingunt.

EXPLICIT:

UVA.BHSC

UVA.BHSC

DE FINITATIBUS ET GRA
DIBUS:

Heredis nomen inposita census
ueris soluto enim tributatum
auctoris. In hoc enim uocabulo
prima successio est hereditatis et
generis uita sunt filii et nepotes pro
heres est. qui loco heredis fungitur.
quasi pro herede. est enim uita ins
tituti uita subdititus. Pater est
a quo initium nascitur generis.
Itaque is pater familias uocatur.
Pater autem dictus eo quod patratione
peracta filium procreet. Patratio
enim est rei ueneree consummatio
Lucretius. et bene patratum patrum.
Genitores autem a gignendo. et paren
tes. quasi parientes. Idem et creatores.
Crementum enim est semen masculini.
unde animalium et hominum
corpora concipiuntur. Inde et
parentes dicuntur. Mater dicitur
quod exinde efficiatur. Mater
enim quasi materia. nam causa
pater est. Pater familias autem
dictus quod omnis in familia sua
positos seruos tamquam pater filios
patria dilectione consulat. seruorumque
quoque condicionem ut filiorum affectu
non discernat sed quasi unum mem
brum amplectatur. hinc enim exortum
est nomen patris familias. Qui autem
inique dominantur in seruis hoc se nomine
nequaquam se patres appellari.
Mater familias. inde uocari. quia
per quandam iuris sollemnitatem
in familiam transit mariti.
Tabule autem matrimoniales instrumenta
emptionis sue sunt. alias sicut ma
trona est mater primi pueri. id est quasi
mater nati. ita mater familias. illa
est que plures enixa est. nam familia
ex duobus esse incipit. Auus patris
pater. ab euo dictus. id est ab antiquitate.
Proauus aui pater est quasi prope
auum. Atauus. abaui pater. quasi
atauus. id est quartus supra auum.
Sed et tritauus ultimum cognationis
nomen est. Familia enim oritur
a patre. terminatur in tritauo.
Filius et filia a familia dicti sunt.
Ipsi enim in ordine nascentium existunt.
unde et Cornelia familia stirpis
ipsa omnis a Cornelio orta. Familia
autem a femore. per femur enim genus
et stirps ostenditur. Nam familia
pro seruis abusiue non proprio dicitur.
Stirps et longa generis significatione
uocatur. Genitus dicitur quia ge
neratur unde et per G scribitur
suboles. eo quod substitutio sit generis.
quadripertitus est autem ordo filiorum.
Id est. unigenitus primogenitus
medius nouissimus. Primogenitus
ante quem nullus. unigenitus post
quem nullus. medius inter omnes.
Idem et minimus a monade. nouissimus
autem proprie. quod nouus quia ceteri
precedendo antiquiores existunt.
quattuor etiam modis filii appel
lantur natura. imitatione adop
tione doctrina. Natura uelut
cum dicuntur filii Habrae Iudei.
Imitatione. ut prius Habrae fidem
imitantes et gentibus dicente euangelio

UVA.BHSC

potest et deus de lapidibus suscitare
filios habrahe. uelut sic et eosdem
iudeos dominus filios esse dicit diaboli;
a quo non nati sed quem fuerunt
imitati. Ad obtione quoque quod
inhumana consuetudine. nullus
licet nesciat uel sicut nos deo non
natura sed adobtione dicimus.
patres nostri qui et in celis doctrina.
sicut apostolus filios suos appellat
eos quibus euangelium predicauit.
Filii autem. ideo in legibus liberi appellantur.
ut isto uocabulo secernantur a seruis.
quia sicut seruus in potestate est domini.
sic filius in potestate est patris.
Inde et cum filio fit emancipatio
ut sit liber a patre sicut fit seruo
manumissio. ut sit liberatus domino.
Item liberi dicti quia ex libero sunt
matrimonio orti. Nam filii ex
libero et ancilla seruilis condicionis
sunt. Semper enim qui nascitur
deteriorem parentis statum sumpsit.
Naturales autem dicuntur ingenuarum
concubinarum filii. quos sola natura
genuit non honestas coniugii.
Idem et pueri a pube. adobtiuus filius
est uta puere lisse uta alio aliquo pro
alio. cui potestatem per mancipa
tionem est traditus. In uliarum
potestatem qui utriusque sexus nomen
ut fabius. emilius ut scipio paulus.
Gemini sunt non duo tantum
simul nati. sed etiam plures. degemi
nis autem uno abortu; ulatri qui legi
time natus fuerit. uopiscus no
minatur. Posthumus uocatur.
eo quod post humationem patris
nascitur. Et post obitum patris et de
functi nomen accepit. sic enim lex uo
luit qui defuncto nascitur defuncti
nomen appellatur. Notus dicitur
quod de patre nobili gignitur sicut
ex concubina. Est autem hoc nomen grecum
cum et in latinitate deficit huic
contrarius. spurius qui de matre
nobile et patre ignobili nascitur.
Item superius patrem incertum matre
uidua genitus. uelut tantum spurii
filius quia muliebrem naturam ue
teres spurium uocabant uelut at
oc no por. hoc est seminis non patris
nomine eosdem et fubonios appellabant.
quia quedam animalia fubonium
spiritu mixta aut ita concipere existimantur.
unde et tales qui non sunt de legitimo
matrimonio matrem potius quam patrem
secuntur. latine autem spurii quasi
extra puritatem. id quasi inmundi.
nepos est qui ex filio natus est. dictus
autem nepos quasi natus post. Primus
enim filius nascitur. deinde nepos.
gradus enim substitutionis est. hinc
et posteritas quasi postera etas. ne
pos autem utriusque sexus est. nam et neptes
dicunt in iure est. propter discretionem
successionis admissum. pronepos est
qui ex nepote conceptus natusque est.
et dicitur pronepos quasi natus porro
post. Ex hoc quoque gradu incipit uo
cari et progenies quasi porro post ge
nita. Nam filii et nepotes non sunt
progenies quasi porro post genita.
Filii et nepotes non sunt porro geniti.
quia non est in eis longa posteritas.
Sicut autem inferius longe editur pro

UVA.BHSC

UVA.BHSC

IN NOMINE DNI NSI IHU XPI INCIPIT EXPLANATIO DANIELIS PROPHETE AB AUCTORE BEATI IHERONIMI:

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO DANIELIS PROPHETE:

Contra prophetam
danielem decimum
librum scripsit
porfirius. nolens
eum ab ipso cuius scriptus est
nomine esse compositum. sed a quodam
qui temporis antiochi qui appel
latus est epiphanes fuerit in iudea.
et non tam danielem ventura di
xisse. quam illum narrasse pre
terita. Denique quicquid ad
antiocum dixerit. verum storie
continere. Siquid autem ultra
opinatus sit. quia futura ne
scierit. esse mentitum. Cui sollertissime
responderunt eusebius
cesariensis eps. tribus voluminibus
octavo decimo et nono decimo
et vicesimo. Apollinaris quoque
uno grandi libro hoc est xx vi o
et ante hos ex parte methodius. Verum
quia nobis propositum est non ad
versarii calumniis respondere que

UVA.BHSC

longo sermone indigeat · sed eu
que a propheta dicta sunt nisi
detrecto et xpianis. Illud praefatione
commoneo nullum prophetarum tam aperte
dixisse de xpo · Non solum enim scribit uen-
turum quod est commune cum ceteris sed
quo tempore uenturus sit docet · et
reges per ordinem digerit et annos enu-
merat ac manifestissima signa prae-
nuntiat · Quae quia uidit porfirius
uniuersa conpleta et transacta · ne-
gare non poterat superatus historiae
ueritatem in hac prorupit calumniam
ut ea quae in consummatione mundi
de antixpo futura dicuntur propter
gestorum in quibusdam similitudinem
sub antiocho epifane impleta esse
contendat · Cuius inpugnatio testi-
monium ueritatis est · tanta enim
dictorum fides fuit · ut propheta in-
incredulis hominibus non uideatur
futura dixisse · sed narrasse praeterita.
Et tamen sicubi se occasio in expla-
tione eiusdem uoluminis dederit
calumniae illius strictim respondere
conabor · et philosophiae artibus immo
malitiae saecularis per quas subuertere
nititur ueritatem · et quibusdam
praestigiis clarum oculorum lumen
auferre · explanatione simplici non
queat · Iamque obsecro uos pammaci
ΦΙΛΟΜΑΘΕ · et marcella unicum rome
sciatis quam plus luncao sanguine
ut conuatos mos orationibus adiuuetis.
Et dominus ut qui saluator procaciam suam suo
sensu meo ore respondeat · qui loquitur
ad prophetam aperi os tuum · et ad
implebo illud · Sed enim cum ad praesides si

fuerimus ante iudices et tribunalia · monet
ne cogitemus quid respondere debeamus.
quanto magis contra aduersarios blas-
phemantes suum portata bella bellatur.
Unde et psalmi plurimi illud hebraicum
quod in titulis ponitur lamnasse
pro quo septuaginta transtulerunt
in finem magis pro uictoria continent
ut aquila enim interpretatus est · ΝΙ
ΚΟ ΠΟΙΟ hoc est qui praebet uictoriam
simmachus · ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ quod proprie
triumphum palmamque significat.
Sed et hoc nosse debemus inter cetera por-
firium in danielis librum nobis obicere
id certo illum apparere confictum nec
haberi apud hebreos · sed ad graeci sermonis
esse commentum · quia in susanne fa-
bula contineatur dicente daniele
ad presbiteros · ΑΠΟ ΤΟΥ CXINO ·
CEXIC NCOE ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΙΝΟ
ΠΡΙCΗ NCE quam ETOINA · OGIAN
magis graeco sermone conuenire quam
hebreo · Cui et eusebius et apollinaris
pari sententia responderunt susanne uelis
que ac draconis fabulas non contineri
in hebraico sed partem esse prophetiae
abbacuc filii iesu de tribu leui sicut
iuxta septuaginta interpretes in ti-
tulo eiusdem belis fabulae ponitur.
homo quidam erat sacerdos nomine daniel
filius abda conuiua regis babilonis.
quam danielem et tres pueros de tribu
iuda fuisse sancta scriptura testatur.
Unde et nos ante annos plurimos cum
uerteremus danielem has uisiones obelo
praenotauimus · significantes eas in heb-
raico non haberi · et miror quosdam
ΜΕΜΨΙΜΟΙΡΟΥΣ indignari mihi

UVA.BHSC

quasi ego decurtauerim librum cum et origenes et eusebius et apollinaris aliique ecclesiastici uiri et doctores grecie. has ut dixi uisiones non haberi apud ebreos fateantur nec se debere respondere porfirio pro his que nullam scripture sancte auctoritatem prebeant. Illud quoque lectorem admoneo danielem non iuxta septuaginta interpretes sed iuxta theodotionem ecclesias legere. Qui utique post aduentum christi incredulus fuit. Licet eum quidam dicant ebionitam qui altero genere iudeus est. Sed et origenes de theodotionis opere in editione uulgata asteriscos posuit docens defuisse que addita sunt et rursum quedam uersus obelis prenotauit super flua quoque designans. Cumque omnes christi ecclesie tam grecorum quam latinorum. syrorumque et egyptiorum hanc sub asteriscis et obelis editionem legant. Ignoscant inuidi labori meo qui uolui habere nostros quod greci in aquile et theodotionis ac simmachi editionibus lectitant. et si illi in ecclesiis diuinarum doctrinarum non contempnunt sanctam omnium iudeorum. Quare lamentum paupertatis depictum hominem christianum cuius ut opus de placeat certe uoluntas recipienda est. Verum iam tempus est ut ipsius prophete uerba exponam. Non iuxta consuetudinem nostram proponentes omnia et omnia disserentes ut in duodecim prophetis fecimus sed breuiter et per interualla ea tantum que obscura sunt explanantes ne librorum innumerabilium magnitudo lectori fastidium faciat. ad intellegendas autem extremas partes danielis multiplex grecorum historia necessaria est. scilicet sutorii callinici diodori. hieronimi polibii. posidonii. claudii theonis et andronici cognomento alipii. Quos et porfirius secutum esse se dicit. Iosippi quoque et eorum quos ponit iosephus. precipueque nostri liuii et pompeii trogi atque iustini. qui omnem extreme uisionis narrant historiam. et post alexandrum usque ad cesarem augustum syrie et egypti. Idem seleuci et antiochi et ptolomei bella describunt. Si quando cogimur litterarum secularium recordari et aliqua ex his dicere que olim omisimus. non nostre est uoluntatis sed ut ita dicam grauissime necessitatis. ut probemus ea que a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt. tam grecorum quam latinorum. et aliarum gentium litteris contineri.

EXPLICIT PROLOGUS:

INCIPIT VISIO PRIMA IN DANIELIS PROPHETE:

UVA.BHSC


Iheremias
Lamentans
alfabeto.
Iherus alem
UBI NABU QUOD HONOSOR SEDECIAM OBBAT CUM FILIOS EIUS IUGULAT
NABU
HONO
QUOD
SOR

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

195


et filii zebedei appellati sunt filii to
nitrui. quod non ut plerique putant beu
nerges. sed emendatius legitur banereem.
Proposuit autem daniel in corde suo ne pol
lueretur de mensa regis. neque de vino potus
eius qui de mensa regis et de vino potus eius
ne vult comedere ne pollueretur. utique si
sapientiam atque doctrinam babiloniorum.
scire esse peccatum. numquam ad
quiesceret discere quod non licebat.
Discunt autem non ut sequantur. sed
ut iudicent. atque convincant. quomodo
si quis prius adversum mathematicos
velit scribere imperitus MATHESOS risui
pateat et adversum philosophos dis
putans si ignoret dogmata philosophorum.
Discunt ergo ea mente doctrinam cal
deorum qua et moyses omnem sapientiam
egyptiorum didicerat. Dedit autem deus danieli
gratiam et misericordiam in conspectu prin
cipis eunuchorum. Qui propter peccatum
maiorum ductus est in captivitatem.
propter virtutem suam magnitudine
sanctitatis mercedem recepit. Posuerat
enim in corde suo ne pollueretur de mensa
regis et epulis regiis. Propterea posuerat viles
cibos. id circo gratiam et misericordiam in cons
pectu principum eunuchorum accepit
a domino largiente. Ex quo intellegimus pro
necessitate rerum. siquando sancti diligunt
ab infidelibus dei esse misericordie non bonitatis
hominum perversorum. Tempta nos ob
secro servos tuos diebus decem. et dentur
nobis legumina ad vescendum et aqua
ad bibendum. Incredibilis fidei magni
tudo non solum sibi corpulentiam
polliceri. sed et uberioris cibi. sed et tempus
statuere. Non erat ergo temeritatis

sed fidei. ob quam regis dupli consecuntur.
Pueris autem his dedit deus scientiam et disci
plinam in omni libro et sapientiam.
Danieli autem intellegentiam omnium visio
num et somniorum. Notandum quod deus
dederit sanctis pueris scientiam et disci
plinam secularium litterarum in omni
libro et sapientia pro quo simmacus
interpretatus est artem grammaticam.
ut cuncta que legebant intellegerent.
et spiritu dei de caldeorum scientia iudicarent.
Danielem autem hoc pre tres pueros habebat
insignem quod visiones et somnia quibus
principalia quedam et ΑΙΝΙΓΜΑΤΑ.
et futura monstrantur. sagaci mente
cernebat. ita quod alii videbant in
futuris mutate hic oculis cordis aspiciebat.
Completis itaque diebus. quos dixerat rex
ut introducerentur. Introduxit eos prepo
situs eunuchorum in conspectu nabu
codonosor. Completis diebus trienni
temporis. Intellege quod rex constituerat
tribus annis. postea eos staturet in conspectu
regis et omne verbum sapientie et in
tellectus. quod sciscitatus est ab eis rex.
Invenit in eis decuplum super cunctos ario
los et magos qui erant in universo regno
eius. Pro ariolos et magos vulgata editio
sophistas et philosophos transtulit non
iuxta hunc philosophiam et sophisticam
disciplinam quam grecorum studio
polliceatur. sed doctrinam gentis bar
bare qua usque hodie philosophantur
caldei. Fuit autem daniel usque ad annum
primum cyri regis. hic fuisse describitur.
Postea et in tertio anno eius cyri regis
et primo dari fuisse memoratur.
EXPLICIT VISIO PRIMA:

UVA.BHSC

INCIPIT VISIO SC̃DA: IN ANNO SC̃DO REGNI NABUCODONOSOR:

SOMNIUM ET RELIQUA:



UVA.BHSC



Si post ... anni pueri ingressi sunt in
conspectu eius ut ipse preceperat.
Quomodo nunc secundo anno regni sui som-
nium vidisse narratur. Quod ita solvunt
hebrei. secundum hic annum dici regni eius.
omnium gentium barbarorum. non Iude-
orum et Caldeorum. sed Assiriorum
quoque et Egyptiorum et Moabitarum.
et reliquarum nationum quas Dominus con-
cesserat super eum. Unde et Iosippus
in decimo antiquitatis scribit librum.
Post annum secundum Egypti vastationis Nabu
quod onosor vidit mirabile somnium et
contristatus est ipse est. et somnium est fugit
ab eo. Videat rex ipsius somnium fuit

eorum et interpretationem et ideo quod vide-
tur Dei glorificetur. et captivitati dudum
in captivitate servientium sit grande
solacium. hoc idem in Pharaonem legimus.
non quo Pharao et Nabu quod onosor
videre meruerint. sed quod Ioseph et
Daniel digni essent qui in interpre-
tatione eius omnibus preferrentur.
Precepit ergo rex ut convocarentur
arioli et magi et malefici et Caldei.
Quos nos ariolos diximus ...
interpretati sunt id est incantatores.
Ergo videntur mihi incantatores esse
qui verbis rem peragunt. magi qui
de singulis philosophantur. malefici

UVA.BHSC

No

qui sanguine utuntur et uictimis
et sepe contingunt corpora mor
tuorum. porro in Caldeis genetlia
cos significari puto quos uulgus
mathematicos uocat. consuetudo autem
et sermo communis magos pro maleficis
accepit qui aliter habentur apud
gentem suam eo quod sint philosophi
Caldeorum. et ad artis huius scientiam
reges quoque et principes eiusdem gentis
omnia faciunt. unde et in natiuitate
domini saluatoris ipsi primum ortum eius
intellexerunt. et uenientes in sanctam
Bethlem adorauerunt puerum stella
desuper ostendente. Et dixit ad eos rex:
uidi somnium et mente confusus
ignoro quid uiderim. umbram quandam
et ut ita dicam auram somnii adhuc uesti
gium remansit in corde regis ut refe
rentibus aliis posset reminisci eorum que
uiderat, et nequaquam eum decipere
mentientes. Responderunt Caldei regi
syriace. huc usque lecta sunt sermone
narrantur hebreo ab hoc loco usque
ad uisionem tertii anni regis Baltasar
quam Daniel uidit in Susis hebraicis
quidem litteris sed lingua scribuntur
caldeica quam siriacam uocant.

Quod lingua Syriaca ipsa sit Caldea

Nisi indicaueritis mihi somnium et con
iecturam eius peribitis uos et domus uestre
publicabuntur et reliqua. Comminatio
est penarum proposita et premium ut si po
tuerint somnium dicere consequenter
credat et quam his que interpretati sunt.
Hoc ergo qui significet somnium quod
si non potuerint ei dicere de quibus rex
implicitus confusus posset recordari
etiam futurę interpretationis perdunt
fidem. deinde sequitur. Somnium dicite
mihi ut sciam quod interpretationem
quoque eius uerum loquimini. Sermo quem tu rex
queris grauis est nec repperietur quisquam
qui indicet illud in conspectu regis excep
tis diis. quorum non est cum hominibus con
uersatio. Confitentur magi confitentur
arioli et omnis scientia secularis litterarum
prescientiam futurorum non esse hominis
sed dei spiritu loquentes qui futura cecinerunt.
Quo audito rex in furore et ira magna
precepit ut perirent omnes sapientes Babi
lonis. Et egressa sententia sapientes in
terficiebantur. querebanturque Daniel
et socii eius ut perirent. Querunt Hebrei
quare Danieli et tres pueri non sint ingressi
ad regem cum aliis sapientibus et pro illa
sententia iubeantur perire cum ceteris.
quod facile dissoluitur ut eo tempore quo rex
premia et dona et honorem maximum pro
mittebat interesse noluerunt ne inpudentiam
diuitias et dignitatem Caldeicam uide
rentur appetere. Aut certe ipsi Caldei et
inuidentes gentis eorum et scientie soli ingressi
sunt quasi soli premia percepturi. et postea
eum in periculum uoluerunt habere consortes
quos in spe gentis refutauerunt. Et interroga
uit eum qui a rege acceperat potestatem.
Quam ob causam tam crudelis sententia
a facie regis esset egressa. Scientes Caldei
quod decuplum super cunctos ariolos et magos
quierunt inuenerunt Caldei Daniel et tres
pueros superare et intellegere. celaue
runt eos in interrogationem regis ne presentarent
sibi in interpretationem somnii. et ob hanc
causam interrogat Daniel de crudelitate
sententie qui causam sui periculi ne
sciebat. Daniel ingressus rogauit

UVA.BHSC

regem ut tempus daret sibi ad solutionem
indicandum. Regi autem postulat non
quod cunctatione et sagacitatem mentis
occultum perquireret; sed quod occultorum
dominum precaretur. et Deo annuntiante revelet.
augurium iungit ad preces. ne solus de suo
merito videatur presumere. ut quorum
erat commune discrimen communis
esset et oratio. Tunc Daniel per visionem
noctis misterium revelatum est. Somnium
regis suo discit somno. immo et somnium
et interpretationem eius Deo revelante
cognoscit. quod demones ignorabant
sapientia seculi scire non poterat. unde et
amplius misterium quod cunctis retro gene
rationibus fuerat ignoratum Domino revelante
cognoscunt. Et Daniel benedixit Deo celi
ad distinctionem qui vocantur in terra
et demoniis urbibus atque prestigiis terrena
deludunt. Daniel Deo celi benedicit. Dii
enim qui non fecerunt celum et terram
pereant. Ipse mutat tempora et etates
transfert regna atque constituit.
Non ergo miremur si quando cernimus et regibus
reges. et regis regna succedere. que Deo gu
bernantur. et mutantur. et fiunt arbitrio
causasque singulorum novit ille qui conditor
omnium est. sepe malos reges patitur susci
tari. ut mali malos puniant. simulque
subostendit et generali disputatione
preparat auditorem somnium quod vidit
esse demutatione et successione regnorum.
Dat sapientiam sapientibus et scientiam intel
legentibus disciplinam. Iuxta illud quod
scriptum est. Audiet sapiens et adponet
sapientiam. qui enim habet dabitur ei.
et anime que se habet amore sapientie li
benter spiritus Dei infunditur. In perversam autem

quod demonis
fuerunt igno
rata

animam non introibit sapientia. Ipse
revelat profunda et abscondita et
novit in tenebris constituta. et lux cum
eo est. Cui Deus revelat profunda et potest
dicere. O profundum divitiarum et scientie Dei.
Iste habitante in se spiritu sancto scrutatur
et quam profunda Dei. et in profundo anime
sue fodit altissimo puteus et omnem terre
materiam que profundas aquas operire con
sueverat. servatque mandatum dicentis.
Bibe aquas de tuis vasis. et de puteorum
tuorum fonte quodque sequitur. Et novit
in tenebris constituta et lux cum eo est.
Tenebre significant ignorantiam. lux scien
tiam atque doctrinam. lux Dominum. ut apud
se non celant. lux tegit ambiunt atque
circumdant. Sive lux in interpretatione
est quo tenebrosa misticum queque et profunda
significantia lux et illud quod legimus in
proverbiis intellegentiam quoque parabolam.
et tenebrosum sermonem. hoc ipsum
significat quod in psalmis legimus tenebrosa
aqua in nubibus aeris. qui enim ad excelsa
conscendit et terrena deserens in scurum
tenuissimum aerem. et etheria quoque
desiderat. iste nubis efficitur aquam veritatis
Dei pervenit et que super sanctos pluere conveniat.
repletusque scientie multitudine habet
multas aquas in corde suo. tenebrosas
et involutas caligine quam solus Moy
ses ingreditur et loquitur Deo facie ad
faciem. de qua scriptum est. posuit te
nebras latibulum suum. Tibi Deus patrum
meorum confiteor atque laudo. Ne sui videatur
meriti quod in periculo reperit ad patres suos
quam et ad veritatem Dei. qui se minus ipsorum
et quam in culpatam vitae misereatur ei. Et nunc
ostendisti que rogavimus. quod quantum

UVA.BHSC

focuntur. ut illi ostenderet. ut et audito quod
fugiat ne solus imperasse uideatur. et
ut et gratiam quod misterium somnii
solus audierit. Sapientes babilonis
ne perdas. Intellegatur clementiam dei
qui propter eum a toribus deprecatus est
non uult eos perire. per quos fuerat
ipse periturus. Inueni hominem de filiis
transmigrationis iudee qui solutionem
regis adnuntiet. Dicit gratiam si ad suam
doctrinam babiloniorum scitote esse
perfectum numquam adquiesceret
discere quod non licebat. Discunt
autem non ut sequantur sed ut iudi
cent atque conuincant. Quomodo
si quis pium aduersum mathematicos
uelit scribere imperitus ΜΑΘΗ
ΜΑΤΩΝ risui pateat. et aduersum
philosophos disputantes si ignoret
dogmata philosophorum. Discunt
ergo ea mente doctrinam caldeicam.
qua et moyses omnem sapientiam
egiptiorum didicerat. Dedit deus
danieli gratiam et misericordiam in cons
pectu principis eunuchorum. Quippe
perfectum malorum ducatus erat in cap
tiuitate. propter uirtutem suam
magnitudinem sentiam mercedem
recipit. Posuit enim in corde suo
ne pollueretur de mensa regis. et epulis
regis praeposuerat uiles cibos. Idcirco
gratiam et misericordiam in conspectu non
solum praepositi sui siue magistratus eunu
chorum et ut ualde eius adulterunt.
ΑΡΧΙ ΕΥΝΟΥΧΟΥ scis inmutat nomina.
sed et futuro ioseph in egipto appellatus
somtonphanec. nolentes eos in terra cap
tiuitatis uocabula habere iudee.

Unde et propheta dicit in psalmo. quomodo
cantabimus canticum domini in terra aliena.
Porro dominus in bonum partem nomina mutat
unicuique. et ex regibus imponit uirtutum
uocabula. ut abram appellatur abra
ham et sarai sara. In euangelio quoque
quodam simon petri nomen accepit.
et filii zebedei appellati sunt filii
tonitrui. quod non ut plerique putant
boanerges sed emendatius legitur bane
reem. Proposuit autem daniel in corde
suo ne pollueretur de mensa regis neque
de uino potus eius. Qui de mensa regis
et de uino potus eius non uult comedere
et bibere ne polluatur utique sapien
tiam ad quam rex persarum diligentiam
inuenisse se dicit. Quum daniel oportuit
aulam ut introducatur ad regem
In quo ΝΦΟC ostenditur maiorum
qui cum bona nuntiantia sua uideri
uolunt. quia autem solutionem somnii
repromittat utique ante instruatus
est somnium et nota quod de filiis iuda
sit daniel non sacerdos sicut in fine
belli fabula continet. Putasne uere
potes indicare mihi somnium quod
uidi et interpretationem eius. Seruat
ordinem questionis ut primum somnium
quod se magi ignorare responderant
exposita cum interpretationem quaerat
somnii. ut quum somnium audierit
et quae uiderat recognouerit. tunc
credat et interpretationi quae uaria
recipit conlectaturum. Misterium quod
rex interrogat sapientes. magi et arioli
et aruspices nequeunt indicare regi.
Pro aruspicibus quos nos uertimus in hebraico
gazarenos habet quos solus simmacus

UVA.BHSC

nazar ochntore appellatur. qui et auctis ins-
picientes et quae fuerint futura predicent. miste-
rium autem vocant ordinem somnii reve-
lati ostendit quicquid occultum est
et ab omnibus ignoratur posse misterium
nuncupari. tollit quoque regi pravam
suspicionem ne humana eum arte inve-
nire posse sollicitet quod deus solus noscit
et revelat. sed est deus in celo qui revelat
misteria et scientiam. Frustra igitur
ab hominibus queris in terra. quod deus solus
novit in celo. et occulte reservans eum
annulatorum deorum cultu ad unius
dei noticiam redigit. Qui indicavit tibi
rex nabuchodonosor que ventura sunt
novissimis temporibus. absque adulationis
vitio veritatis sociavit blanditias.
ut regi quod illi a deo sint misteria reve-
lata. que novissimis sint ventura
temporibus. novissimi autem dies ita
ecce numerandi sunt a tempore quo da-
nieli somnium revelatum est. usque
ad consummationem mundi. Audet etiam
hoc sciscitandum quod universa inter-
pretatio somnii tendat ad finem in quo
imago statua que comminuitur conterenda
est. Somnium autem et visiones capi-
tis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt.
Non dixit visiones oculorum tuorum ne-
quid putaveris esse cordis sensus et capitis.
Supercilia enim oculi in capite est imprin-
cipali videlicet cordis luxat. Illud quod
in evangelio legimus. beati mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt. et quid cogi-
tatis in cordibus vestris. alii vero et hoc
occasione capituli. platon. ermo-
niko. non in corde sed luxatum plu-
tonem in cerebro suspicantur. Tu rex

cogitare cepisti in strato tuo quod esset
futurum post hec. Pro eo quod esset post
hec soli se patuit cogitatum dicit. novissimo
etiam saeculo ruit quod si ita legatur
soli quis requirunt. ubi dicit novissimis
scripta sunt. et seducunt eos qui
mundum non putant esse periturum.
Nam quam enim dicit appellari no-
vissimi si mundus esset eternus. Quoque
dicit autem rex cogitare cepisti. indicat
autem somnii. quod idcirco ei deus futu-
rorum misteria revelaverit. quia ipse
rex voluerit scire ventura. et autem nabu-
chodonosor divine inspirationis meri-
tum. Non solum quid in somnio viderit
sed etiam somnium quid ante cogi-
taverit et ostendit. et qui revelat misteria
ostendit tibi que ventura sunt.
Illud quod in evangelio legimus qui solem
suum oriri facit super bonos et malos.
et quam super nabuchodonosor intelligimus
esse completum. cuncta enim clementia
est omnipotentis dei. ut etiam nabucho-
donosor dispensationis sue qua mundum
regit misteria revelaret. Interrogant eos
qui diversas asserunt esse naturas. utrum
nabuchodonosor intellegant bone
an male. Si bone. cur impius dicitur.
Si male. cur malo ut quasi tanto idem con-
quod suum dei sacramentum monstravit.
Mihi quoque non in sapientia que est in me
plus quam in cunctis viventibus secretum
autem hoc revelatum est. sed ut interpre-
tatio regi manifesta fieret. Putabatur
rex noticiam futurorum sollicitudine mentis
humane posse comprehendi. caldei
sapientiam babilonis interfici iusserat.
ergo daniel et eos excusat qui dicere

UVA.BHSC

non potuerunt et ipsi in iudicium fuit
neque eis credimus eum qui dicturus erat
propria dixisse superbia. Causa autem
revelationis prophetice regi erat domini
deorum qui nolunt videri cognoscere.
Ergo non erat regem quando propheta illius
scientiam sibi dicta a deo mysteria re
velavit. Et hoc considerandum quod
somnia inquit aliqua videantur significari
et quasi per nebulam veritas demonstrari
non putaverunt conlectoribus et humane
mentis arbitrio sed dei solius scientie.
Tu rex videbas et ecce quasi statua illa
magna et statura sublimis stabat
contra te. Caput ex auro obtimo erat.
Pectus autem et brachia de argento. Porro
venter et femora ex ere. Tibie autem ferree.
Pedum quedam pars erat ferrea quedam
fictilis. Videbas ita donec abscisus
est lapis sine manibus et percussit statuam
in pedibus suis ferreis et fictilibus et commi
nuit eos. Tunc contrita sunt pariter
ferrum testa aes argentum et aurum
et redactum quasi in favillam aestive aree
rapta sunt vento. Nullusque locus
inventus est eis. Lapis autem qui percussit
statuam factus est mons magnus et im
plevit universam terram. Pro statua
Id ANA · PIANTE · quod solus interpre
tatus est symmachus. Ceteri autem imaginem
interpretati sunt. Volentes omnem simi
litudinem ostendere futurorum.
Sequamur interpretationem prophetae
et danielis verba attentius que
ab illo breviter dicta sunt latius
exponamus. Caput inquid aureum
tu es rex. Per quod ostenditur regnum
primum babilonium auro preciosissimo
comparatum. Et post te consurget
regnum aliud minus te. Medorum vide
licet atque persarum quod argenti si
militudinem minus priore et non multo
sequente. Et regnum tertium aliud
aereum quod imperabit universe terre.
Alexandrum significat et regnum ma
cedonum successorumque alexandri quod
recte aereum dicitur. Inter omnia enim
metalla aes vocabilius est et tinnit
clarius et sonitus eius longe lateque di
funditur ut non solum famam et po
tentiam regni sed eloquentiam grecis
sermonis ostenderet. Regnum autem
quartum quod perspicue pertinet
ad romanos ferreum erit quod comminuit
et domat omnia sed pedes eius et digiti
ex parte ferrei et ex parte sunt fictiles.
Quod hoc tempore manifestissime
comprobatur. Sicut enim in princi
pio nihil romano imperio fortius
et durius fuit ita in fine rerum
nihil inbecillius quando et in bellis
civilibus et adversum diversas nationes
aliarum gentium barbararum indige
mus auxilio. In fine autem horum
omnium regnorum auri argenti
eris et ferri abscisus est lapis dominus
atque salvator sine manibus id est absque
coitu et humano semine de utero
virginali et contritis omnibus regnis
factus est mons magnus et imple
vit universam terram quod iudei
et impius porfirius male ad populum
referunt israhel quem in fine seculi
volunt esse fortissimum et omnia
regna conterere et regnare in eternum.
Deus magnus ostendit regi que futura

UVA.BHSC

sunt posita. Rursum revelatione
somnii non sui dicit mentitum. sed ut
interpretatio regi manifestaret fecit
et doceret regem quod deus solus esset
colendus. Tunc rex nabuquodonosor
cecidit in faciem suam et danielum
adoravit. et hostias et incensum
precepit ut sacrificarent ei. Hunc
locum calumniatur porfirius
quod numquam superbissimus rex
captivum adoraverit quasi non
et liguoni ob signorum magnitu
dinem paulo et barnabe voluerint
hostias immolare. Error ergo genti
lium qui omne quod supra se est deos
putant scripturae non debet inpu
tari. quae simpliciter refert universa
que gesta sunt. sed et hoc possumus
dicere quod cultus adorandi et in
molandi hostias et incensi atque
sacrificii ipse rex qui porrexerit dicens
ad danielum. Vere deus deorum est
et dominus regum et revelans misteria
qui potuisti aperire sacramentum
hoc. Ergo non tam danielem quam
in daniele adorat deum. qui misteria
revelavit. quod et alexandrum
regem macedonum in pontifice iu
deorum fecisse legimus. quod si displicet
hoc dicendum est. nabucodonosor
signorum magnitudine et stupore
confusum quid faceret ignorasse.
et ita qui verum deum intellegebat
et dominum regum servum eius adorasse
et illi adolesse incensum. Tunc rex
danielum in sublime extulit et mu
nera magna et multa dedit ei.
Et constituit eum principem super

provinciae babilonis et praefectum
et magistratuum super cunctos
sapientes babilonis. Et in hoc ca
lumniatur scelestus propheticum virum
quare non recusaverit
munera et honorem babilonium
libenter susceperit. non conside
rans ideo regem vidisse somnium
et interpretationis misterium per
puerum revelatum. ut daniel cre
sceret et in loco captivitatis
princeps omnium fieret caldeorum
et dei omnipotentia nosceretur. quod
quidem et ioseph. et apud faraonem
et sub ipsum factum legimus. et in
mardocheo apud assuerum. ut in utraque
gente haberent captivi et peregrinantes
que iudei solacium. videntes hominem
gentis suae egiptiorum esse principem
vel caldeorum. Daniel autem postu
lavit a rege et constituit eum super
opera provinciae babilonis. sedrac.
misac. et abdinago. Non oblivisceretur
eorum cum quibus dominum deprecatus est
et secum periclitati fuerant. lau...
facit eos iudices provinciae. Ipse
autem a regis latere non recedit.

EXPLICIT VISIO SECUNDA.

INCIPIT VISIO TERTIA

Nabuquodonosor rex fecit statuam
auream altitudine cubitorum
sexaginta latitudine cubitorum
sex.

UVA.BHSC


CARMINA MUSICORUM.
ISTI ADORANT STATUAM:
UBI NABUQUODONOSOR IUSSIT TRES PUERI MITTERE IN FORNACEM:
MINISTRI: REGIS:

UVA.BHSC

Velox oblivio veritatis. ut
qui dudum servum Dei quasi
Deum adoraverat. nunc statuam
sibi fieri iubeat ut ipse adoretur in
statua. Quod autem altitudo eius et la
titudo ponderis. Illud in causa est ut
statuam rem videretur creare. et ipse in ima
gine adoraretur ut Deus. dum unusquisque
sua consecrata veneratur. Dicitur
quoque per occasionem captivorum barbaris
nationibus fuisse occasio. ut qui pri
mum per Danielis revelationem potentiam
cognoverant unius Dei. Iterum quoque
puerorum fortitudinem discant mortem
deum contemnentium et idola non colere.
Et statuit eam in campo Durum pro
vincie Babilonis. Pro Dura Theodotio
deira. Simmachus deiram. septuaginta
[illegible] βολον interpretati sunt quod nos vi
varium ut conclusum dicere possumus.
Misit ad congregandos satrapas magis
tratus et iudices et duces et tyrannos
et prefectos omnesque principes regionum.
Et ideo periculosum fuit et quis continua
que sublimia sunt principia con
gregantur ad adorandum statuam.
ut principes seducantur et quia
quantum dignitate sunt et potentia
tantum et maiora cura divinitatis. et po
puli facilius supplantantur.
seducentes autem magistratibus subditi
populi malorum exemplum prebent.
Et preco clamabat valenter.
Vobis dicitur populis tribubus et linguis
in hora qua audieritis sonitum
tube fistule et cithare sambuce
psalterii et symphonie et uni
versi generis musicorum cadentes
adorate statuam auream quam
constituit Nabuchodonosor
rex. Si quis autem non cadens
adoraverit. eadem hora mittetur
in fornace ignis ardentis. Non
quod omnes populi universarum natio
num in campo Duram potuerint
congregari et adorare auream
statuam. sed quod in principibus
cunctorum gentium omnes gentes
et populi adorasse credantur. Omne
scripturum scitum mente pervolvens.
nisi memoria me fallat oblivio.
Nequaquam repperi quod scriptum quis
quam Deum cadens adoraverit. sed
quicumque idola et demones et cetera in
litteris dicitur adorasse. ut in pre
senti loco non semel sed crebrius. et
in evangelio diabolus loquitur ad Dominum:
Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris
me. Sed et hoc dicendum omnes hereticos
qui fulgore eloquentie scilicet [illegible]
falsum dogma componunt auream
statuam facere. et quantum in se
est perversione complere ut ceteri
adorent idolum falsitatis.
Statim ut audierunt omnes populi soni
tum tube fistule et cithare.
Eodem sensum accipiendum quo supra
ut omnes populos intellegamus in prin
cipibus. neque enim [illegible]
simul potuerunt nationes. Statim
et in ipso tempore accedunt viri
Caldei accusaverunt Iudeos.
Quos prepositos in Babilone regis
operibus invidebant et offendebant
peregrinum cultum et visionem ido
lorum. nunc et occasione criminis

UVA.BHSC

ad rem denique sequatur. Sunt viri
Iudei quos constituisti super opera
regis babilonie sedrac misac et
abdinago. qui contempserunt
decretum tuum. Et quod ad modo
sic loquuntur quos praetulisti nobis.
et captivos vestros principes esse
fecisti. elati in superbia tua praecepta
contempnunt. Deos tuos non colunt
et statuam auream quam erexisti
non adorant. Quod in principio
huius diximus visionis hic manifestatur
ad probatur alios esse deos nabucod
onosor cultum sui iussisse erigi.
Num et in consequentibus ipse rex loquitur
deos meos non colitis et statuam
auream quam constitui non ado
ratis. Alii hunc dicunt scripturae
esse consuetudinem ut unum idolum
appellet pluraliter ut est illud
in exodo de vitulo. Isti sunt dii
tui israhel qui eduxerunt te de terra
egipti. et in regum volumine hiero
boam ponit aureum vitulum. In
bethel idola fecisse narrantur.
Et e contrario multa demonia sin
gulari numero appellantur. In
evangelio inclinavit se et adoravit
illud et vocatum fuisse dicit dominus
sat. Praeparati estis vos et adorate
statuam quam feci. quod si non
adoraveritis eadem hora mittemini
in fornacem ignis ardentis. Quam
quam in furore praeceptum adduci
pueros tamen dat spatium paeni
tentiae ut si cederent et adorarent tuna
prior culpa venia consequatur.
Si autem adorare contempsissent ipsi

poena sua potuisset ardentis. Et quis est
deus qui eripiat de manu mea.
Ille videlicet cuius sequitur audivit dixisse
sursum quam vere dominum deorum et dominum
regum esse dixisti. Nabuchodonosor
rex non oportet nos de hoc respon
dere tibi. In hebreo non habet rex
ne videlicet videretur impio vocare
regem vocare qui ad iniquum compel
leret. quod siquis contendat ipsos regem
quoque legerit dicunt eos non provocasse
regem ad effusionem sui sanguinis
provocare sed laudem reddere regi hono
rem debitum ut adulatio non le
duxisse. Quod autem ait non oporte
nos de hoc respondere tibi. Ille sen
sus est non debes audire verba aquila
lum sed ipsius probabis fortitudinem
usque consequitur. Ecce enim deus
noster quem colimus potest eripere nos
de camino ignis ardentis et de ma
nibus tuis rex liberare. unde et pueri
tres pueri iudee contra inex
pugnabilem fortitudinem ... in loci
differunt sed praestare sibi pollicentur
auxilium dicentes. Ecce enim deus
noster quem colimus ipse nos et de exem
minantis incendio et de manu potentis
manibus liberabit. Quod si noluerit.
pulchre addidit quod dicit eis potest
eripere nos. non in incolia potentiam
si non potuerit sed si noluerit ut
non in possibilitate dei sed volun
tatis sua superiorum. Notum sit tibi
rex quia deos tuos non colimus et sta
tuam auream quam erexisti non
adoramus. Sive statuam ...
cui sive statuam auream ...
... volumen ...

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

autem illa est humilitas. quę in alio loco paupertas spiritus appellatur. ut non erigamur superbia. Nec enim tantum in humilitate querunt. sed et in corde inclinemur. Benedicite omnia opera domini. Generali laudatione premissa quod omnis creatura debeat laudare dominum. in consequentibus preparatis singula cohortatur angelos et celos. aquas. atque uirtutes. solem et lunam. imbrem et rorem. spiritum. ignem et estum. Frigus et estus. et cetera que longum est exte-xere. ut fontes quoque et maria. et cete. et uolucres. bestiasque et pecora. ad laudem domini prouocet. et filios hominum. et post omne hominum genus israhelem. et de ipso israhele. sacerdotes. et seruos domini. spiritus animasque iustorum. sanctos et humiles corde. et ad extremum ananiam. azariam. misahel. qui ad laudem domini presenti beneficio prouocantur. Omnis autem creatura non uoce sed opere laudat dominum. quia et creaturis consequenter creator intellegitur. et singulis operibus atque effectibus dei magnificentia demonstratur. Tunc nabuchodonosor obstupuit et surrexit propere. et ait optimatibus suis. Hucusque de theodotionis interpretatione pauca perstrinximus et confessionis et laudum trium puerorum que non habentur in hebreo. Cetera sequamur hebraicam ueritatem. Et surrexit propere. et ait optimatibus suis. Putans principibus se corripiatur ut uidens glorificet dominum. Interrogat autem obtimates suos. quorum accusatione et consilio tres pueros in ignem fornacis miserat. ut illis respondentibus se misisse tres pueros in fornace se eis nunc iterum eos cernendo. Ecce ego uideo uiros quattuor solutos et ambulantes in medio ignis et nihil corruptionis in eis est. et species quarti similitudo filio dei. Rursum dicimus. O quam sapiens ignis quam incomprehensibilis dei potentia. uinculis sericatus sunt corporum. uruntur uincula corporum non uruntur. Speciem autem quarti similem dicit filio dei. ut angelum debet accipere. et septuaginta autem interpretati sunt. ut certe ut plerique arbitrantur dominum saluatorem. sed nescio quomodo rex impius dei filium uidere mereatur. Ergo iuxta simachum qui interpretatus est. species autem quarti similitudo filiorum non dei sed deorum. angeli enim quidam dii sunt. qui et dii deorum ut dii filii sepissime nuncupantur. Hoc iuxta litteram. Ceterum in typo prefigurat iste angelus siue filius dei dominum nostrum ihesum christum qui ad fornacem descendit inferni in quo clause et peccatorum et iustorum anime tenebantur. ut absque exustione et noxa sui eos qui tenebantur inclusi mortis uinculis liberaret. Tunc accessit nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis et ait. Puere pertinax. non per nuntios querit a pueris sed ipse eos querit et nunc uocat seruos dei excelsi appellans et petens ut adire et egrediantur quos uinctos in fornace miserat. Benedictus deus sedrac. misac et abdenago. qui misit angelum suum. et eruit seruos suos. Quem supra filium dei. hic angelum uocat.

UVA.BHSC

quam quam in superioribus similitudo
filii dei . non uerit aut appellauit sit .
Rursum ergo nabuchodonosor dei confes
sionem recepit . et dum mutat idolis
laudat tres pueros qui noluerunt
seruire et adorare omnem deum excepto
deo suo . et miratur quod sci dei legem
autem regis non potuerint quod iam dixit
a me propositum est et decretum ut omnis
populus et tribus et lingua que cumque loquu
ta fuerit blasphemiam contra deum
sedrac misac et abdinago dispereat
et domus eius uastetur . Neque enim est
deus alius qui possit ita saluare .
Quidam pessime ad diabolum referunt
quod in consummatione et fine mundi
et quum ipse recipiat notitiam dei . et
omnis ad penitentiam cohortetur .
et hunc uolentes esse regem uniuerse .
Qui nouissime de excordia deponito superbie .

et humilitatis premium consecutus est .
Tunc rex promouit sedrac . misac . et
abdinago . in prouincia babilonis .
Quid dicunt supra tres pueros non iudices
prouinciarum . sed prefectos operum
singulorum . fuisse in babilone . Hic
uoluit eos . et in prouinciis iudices
constituit eos . Nabuquodonosor
rex omnibus gentibus et linguis que habi
tabunt in uniuersa terra . pax uobis
multiplicetur . Epistula nabucodno
sor in prophete uolumine ponitur .
ut non finctus ab alio posita ut liber
sicut sicophantia mentiatur . sed ip
sius diuinis esse credatur .

EXPLICIT VISIO TERTIA:

INCIPIT VISIO QUARTA:

Ego nabucodonosor quietus erum in domu mea .



UVA.BHSC

nescio qua ratione praeteriti sunt.
quattuor orbis plagas dicimus · ceterum qui
in iudea est ad aquilonem syria et
ad meridiem egyptum habet · quod
autem ait sed non in posteros eius hoc
significat qui liberos non habuerit ·
sed regnum ipsius in alienos laceraue
runt · excepto fratre philippo qui mace
donus tenuit · neque secundum potentiam
illius qua dominatus est · Diuisum
enim in quattuor partes regnum
inbecillius fuit dum aduersum se
dimicant in rattano furore uecanti
Lacerabitur enim regnum eius et quam
in exteros · exceptis his preter regnum
quattuor macedonie usque syrie ·
et egypti · quam in alios obscuriores
et minores reges · macedonum regnum
laceratum est · significat autem per
dicam et cratiron · et lisimacum

UVA.BHSC

cappadocia. et armenia. bithinia.
et araclia bos forusque et alię provincię
de potestate macedonum recedentes
diversos sibi reges constituerunt.
Et confortabitur rex austri. ptolomeum
indicat lagi filium qui primus regnavit
in egypto. et vir prudentissimus fortis
simusque ac ditissimus fuit. et tantae po
tentiae ut pirrum regem. epirotarum
expulsus restitueret in regnum. cyprumque
obtineret et phenicem et victo de
metrio filio antigoni. seleuco regni
sui partem. quę ab antigono fuerat
ablata restitueret. cariamque
obtineret et multas insulas urbesque
ac regiones de quibus non est huius tempo
ris scribere. idcirco autem cetera regna
dimittens macedonię videlicet et
asię. tantum de egypto. et syrię
narrat regibus. quia in medio iudea
posita nunc ab illis. nunc ab his
regibus tenebatur et scripturę sanctę pro
positum est. non externam absque iudeis
historiam texere. sed eam que israheli populo
copulata est. Et de principibus eius
praevalebit super eum. et dominabitur
dicione. multa enim dicio eius.
Iste est ptolomeus. philadelfus secundus rex
egypti filius ptolomei superioris sub
quo septuaginta interpretes ale
xandria scripturam sanctam in grecum
dicuntur vertisse sermonem. qui et
eleazaro pontifici multa ierosolimam
et in templi donaria vasa transmisit.
cuius bibliothecę. praefuit demetrius.
phalereus. idem apud grecos oratores
et philosophos tantae potentiae fuisse
narratur. ut et ptolomeum et patrem

vincerent. narrant enim historię habuisse
eum peditum CC milia. equitum
XX milia. currum duo milia. elefan
tos quos primus adduxit ex ethiopia.
quadringentos. naves longas quas
nunc liburnas vocant. mille quin
gentas. alias ad cibaria militum
deportanda mille. auri quoque et
argenti. grande pondus. ita ut
de egypto per singulos annos quattuor
decim milia octingenta talenta
argenti acciperet. et frumenti arta
bas quę mensura tres modios et tertiam
modii partem habet. quinquies et
decies. centena milia. Et post finem
annorum federabuntur. Sive ut
theodotio interpretatus est. et
post annos illius commiscebuntur.
Filia quoque regis austri veniet ad regem
aquilonis facere amicitiam.
et non obtinebit fortitudinem brachii
nec stabit semen eius et tradetur ipsa.
et qui adduxerunt eam iuvenes eius
et qui confortabant eam. In temporibus
primum syrię regnavit ut diximus seu
lucius cognomento nicanor. secundus
antiochus. qui appellatus est soter.
tertius et ipse antiochus qui voca
batur theos id est deus. iste adversum
ptolomeum philadelfum qui secundus
imperavit egyptiis gessit bella quam
plurima et totis babilonis atque
orientis viribus dimicavit. volens
itaque ptolomeus philadelfus post
multos annos molestum finire
certamen. filiam suam nomine
beronicen antiocho uxorem dedit
qui de priore uxore nomine laodice.

UVA.BHSC

habebat duos filios. seleuco qui cogno
minatus est callinicus. et alterum
antiocum. Deduxit quem usque phe
lusium et infinita auri et argenti
milia dotis nomine dedit. unde pher
noforos id est dotalis est appellatus.
Antiocus autem uéronicé consortem
regni habere dicens. et laudicam in
concubine locum. post multum tem
poris amorem superatus laudicam
cum liberis suis reduxit in regium.
que metuens ambiguum uiri animum
ne ueronicam reduceret. uirum per mi
nistros ueneno interfecit. uero
nice uero cum filio qui ex antioco
natus erat lcaxioni. et gennio an
tiocie principibus occidendam tradidit.
Filium quoque suum maiorem seleucum calli
nicum in patris loco regem constituit.
Et hoc est quod nunc dicitur post
multos annos ptolomeus philadelfus
et antiochus theos. facient ami
citias et filia regis austri. hoc est
ptolomei ueniet ad regem aquilonis
id est antiochum et inatr puerem ac
uirum iungat amicitias et non
poterit obtinere nec semen illius stabit
in regno sirie. sed et ipsa ueronice
et qui eam adduxerunt interficientur.
Rex quoque antiocus qui confortabat
eum hoc est per quem potuerat preua
lere ueneno uxoris occisus est.
Et stabit de germine radicum eius
plantatio et ueniet cum exercitu.
et ingredietur prouinciam regis aqui
lonis et abutetur eis. et obtinebit
insuper et deos eorum et sculptilia
uasa quoque pretiosa argenti et

auri captiua ducet in egiptum. ipse
preualebit aduersum regem aquilo
nis. et ingressus in regnum rex austri
et reuertetur ad terram suam. occisa
beronice et mortuo ptolomeo phila
delfo patre eius in egipto frater illius et
ipse ptolomeus cognominatus EYEPΓETHC
tertius successit in regnum de plantati
one et germine radicis eius eo quod esset
germanus eius. uenit cum magno exercitu et
ingressus est prouinciam regis aquilonis
id est seleuci cognominato callinici qui
cum matre laudice regnabat in siria.
et abusus est eis et obtinuit in tan
tum. ut siriam caperet et ciliciam
superioresque partes trans eufraten
prope modum uniuersam asiam.
Cumque audisset in egipto sedicionem
moueri diripiens regnum seleuci quadra
ginta milia talentorum argenti tu
lit et uasa pretiosa simulacra
quoque deorum duo milia quingenta in
quibus erant et illa que cambises capta
egipto in persas asportauerat. denique
gens egiptiorum idolatria dedita.
quia post multos annos deos eorum
retulerat. EYEPΓETHN eum apella
uit et siriam quidem ipse obtinuit.
Ciliciam autem amico suo antioco
gubernandam tradidit et hanc appo
ulteri duci prouincias trans eufraten.
Filii autem eius prouocabuntur et congre
gabunt multitudinem exercituum
plurimorum. et ueniet properans
inundans et reuertetur. et concita
bitur et congredietur cum robore
eius et exultabitur cor eius. post fugam
et mortem seleuci callinici duo filii

UVA.BHSC

est seleucus cognomento ceraunus et
antiochus qui appellatus est magnus
prouocati spe uictoriae et ultione
parentis exercitum congregato aduersum
ptolomeum philopatorem arma corri
puit. cumque seleucus maior frater tertio
anno imperii occisus esset in frigia
per dolum nicanoris et apaturii exerci
tus qui erat in syria antiochum fratrem
eius cognomento magnum de babilone
uocauit ad regnum et ipse est nunc
in istam quod dicit quidam filii prouocati
sunt et congregauerunt multitudinem
exercituum plurimum sed uenit antiochus
magnus ueniens de babilone in syriam quae
eo tempore tenebatur a ptolomeo philo
patore filio euergetis qui quartus
regnauit in aegypto. quumque pugnasset
aduersum duces eius immo proditione
theodoti obtinuisset syriam quae per
cussionem iam a regibus aegypti tene
batur in tantum uenit audacia
contempta luxuria philopatoris et
magicis artibus quibus inseruire dicebatur
et ultro aegyptiis bellum conferret
inferre. Et prouocatus rex austri egre
dietur et pugnabit aduersum regem
aquilonis. et praeparabit multitudi
nem nimiam et dabitur multitudo
in manu eius et capiet multitudinem
et exaltabitur cor eius et deiciet
multa milia sed non praeualebit.
Ptolomeus enim cognomento philo
pator amissam syriam proditione
et theodoti congregauit plurimam
multitudinem et ingressus est ad
uersus antiochum magnum qui nunc
regem aquilonis uocat iuxta raphiam

aegypti et iudaeae prouinciae. Idem enim
locus pro qualitate regionis alteri
austri est alteri aquilonis sicut
est ubi syria quae siue iudaea dicitur aegyptiis
ad aquilonem iis ad austrum est.
Initio ergo certamine iuxta oppidum
raphiae quod in foribus aegypti est omnem
antiochus amisit exercitum et per
desertum fugiens paene captus est.
quumque carvisset syriam ad certamen
foedere et quibusdam condicionibus
pugna finita est et hoc est quod
scriptura nunc dicit deiciet multa
milia. ptolomeus philopator sed
non praeualebit aduersarium suum
capere non potuit quod sequitur.
Et conuertetur rex aquilonis et prae
parabit multitudinem. multo
maiorem quam prius et in fine temporum
annorumque ueniet properans cum
exercitum magnum et opibus nimis
et in temporibus illis multi consurgent
aduersum regem austri. antiochum
magnum significat qui contemptu
philopatoris ptolomei ignauium
eo quod deperiret agathocliam psal
triam fratrem quoque eius agathoclem
haberet concubinum quem post eum
ducem aegypti constituerat incredibile
de superioribus babilonis locis exercitum
congregauit. et ptolomeo philopa
tore mortuo aduersum eum qui tunc
quattuor annorum erat et uocabatur
ptolomeus epifanes rupto foedere
mouit exercitum tunc et dissolutionis
et superbiae agathoclis fuit ut sub
dicione prius aegypti prouinciae rebellarent
ipsaque aegyptus seditionibus uexaretur.

UVA.BHSC

Filippus quoque rex macedonum et magnus antiochus pace facta adversum agathoclem et ptolomeum epiphanen dimicaverunt sub hac condicione ut proximas civitates regno suo singuli de regno ptolomei iungerent. Et hoc est quod nunc dicit multos consurgere adversum regem austri, ptolomeum scilicet epiphanen qui erat etate puerili.

Filii quoque prevaricatorum populi tui extollentur ut impleant visionem et corruent. Pugnantibus contra se magno antiocho et ducibus ptolomei in medio iudea posita in contraria studia scindebatur aliis antiocho aliis ptolomeo faventibus. Denique onias sacerdos adsumptis iudeorum plurimis fugit in egyptum et a ptolomeo honorifice susceptus accepit eum regionem que eliopoleus vocatur et concedente rege templum extruxit in egypto simile templum iudeorum quod permansit usque ad imperium vespasiani annis ducentis l. Ipsa autem urbs que vocabatur honie dimicantibus postea adversum romanos iudeis ad solum deleta est. et neque urbs neque templi ullum restat vestigium. sub occasione igitur honie pontificis infinita examina iudeorum egyptum confugerunt eo tempore et cirenem eorum multitudine repleta est. Asserebat enim onias esse implere vaticinium scribentis esaie altare domini in egypto. et titulus domini in terminos eius. Et hoc est quod nunc dicit filii prevaricatorum populi tui qui legem domini relinquentes voluerunt in alio loco sacrificare quam iussum erat a deo victimas immolare. extollentur in superbiam et visionem hoc esse preceptum dei se implere iactabunt. sed corruent quia et templum et urbs postea destructa est. Cumque antiochus teneret iudeam missus scophas etoli filius dux ptolomei partium adversum antiochum fortiter dimicavit. cepitque iudeam et optimates ptolomei partium secum abducens in egyptum reversus est. Et veniet rex aquilonis et comportabit aggerem et capiet urbes munitissimas. et brachia austri non sustinebunt et consurgent electi eius ad resistendum et non erit fortitudo. et faciet veniens super eum iuxta placitum suum et non erit qui stet contra faciem eius et stabit in terra inclita et consumetur in manu eius. Antiochus autem volens recuperare iudeam et syrie urbes plurimas scopam ducem ptolomei iuxta fontes iordanis ubi nunc paneas condita est inito certamine fugavit et cum decem milibus armatorum obsedit clausum in sidone. Ob quem liberandum misit ptolomeus duces inclitos eropum et menoclem et damoxenum. sed obsidionem solvere non potuit donec fame superatus scopas manus dedit et nudus cum sociis dimissus est. quod autem ait comportabit aggerem illud significat quod presidium scope in arce iherosolimis ut adiuvantibus iudeis multo tempore obpugnavit et cepit. et alias urbes que prius a ptholomei partibus tenebantur syrie cilicie.

UVA.BHSC

et Liciae. et eum tempore cepit Samum
Aprosidas et Soloe et Ziphirion et
Mallos et Anemurium et Selen et Cora
cesium et Coricus et Andriace et
Limira et Patara et Xanthus usque ad
extremum Ephesum. De quibus universis et
Graeca et Romana narrat historia. Quod
autem in Italia Sabia in terra Inclita
et consumetur sive perficietur in manu
eius terra Inclita sive ut Septuaginta
interpretati sunt voluntatis. hoc
est quae conplacebat deo. Iudeam signi
ficat et proprie Hierusalem in qua honorifice
suscepit eos qui partium Scopae fuerant
persecutus est. Pro terra Inclita quod
interpretatus est Aquila quem nos
in hoc loco secuti sumus Theodotio
ipsum verbum hebraicum posuit Sabir.
pro quo Simmachus vertit terram forti
tudinis. *Et ponet faciem suam ut*
veniat ad tenendum universum regnum
eius et recta faciet cum eo. et filiam femi
narum dabit ei ut evertat illam. hoc
est Ptolomeum. sive illud est regnum
eius volens Antiochus non solum Syriam
et Ciliciam et Liciam et alias provin
cias quae Ptolomei fuerant partium
possidere. sed in Aegyptum quoque regnum
suum extendere filiam suam Cleopatram
per Euclem Rodium septimum anni
regni adulescentis desponsat Ptolo
meo. et tertio decimo anno tradidit
datam ei dotis nomine omnem Coelesyriam
et Iudeam. Filia autem femininum per
ΠΑΕΟΝΑC vocatur ut est illud poeticum.
Sic ore locutus est et vocem quae eis
auribus auxi. *Et non stabit nec illius*
erit. Et convertet faciem suam ad

Insulas. et capiet multas et cessare
faciet. principem obprobrii sui et
obprobrium eius convertetur in eum
et convertet faciem suam ad imperium
terrae suae et impinget et corruet et
non invenietur. Neque enim obtinere
potuit Aegyptum quia Ptolomeus Epi
phanes et duces eius sentientes dolum
cautius egerunt et Cleopatra magis
viri partes quam patris fovit.
Unde vertit se ad Asiam et navali
certamine adversum plurimas insu
las dimicans cepit Rodum et Sa
mum et Colofona et Phocea et
alias multas insulas. sed occurrit
ei Scipio Asiaticus cum fratre suo Publio
Scipione Africano qui Annibalem
vicerat. Quum enim consul nusiu
fratre Africano hebetioris esset ingenii
et contra regem potentissimum se
natus ei nollet bellum credere spon
taneo legatione obtulit Africanus
pro fratris iniuria. Victus ergo An
tiochus intra Taurum regnare ius
sus est. et inde fugit in Apamia
ac Susam et ad ulteriores regni sui
pervenit urbes. Cumque adversum
Elimeos pugnaret cum omni est dele
tus exercitu. et hoc est quod nunc scrip
tum dicitur quod multas insulas
et vincente Romano regno exule
perdiderit et obprobrium eius con
versum sit in caput illius. et usque
extremum de Asia fugiens reversum sit
ad imperium terrae suae et impegerit
atque corruerit et locus illius non
sit inventus. *Et stabit in loco*
eius vilissimus et indignus decore regio

UVA.BHSC

et paucis diebus conteretur. non in fu-
rore neque in prelio. Seleucum dicit
cognomento philopatorem filium
magni antiochi qui nihil dignum
syrie et patris gessit imperio et absque
ullis preliis ingloriosus periit.
Porro porfirius hunc non vult esse
seleucum. sed ptholomeum epyfanen
qui seleuco sit molitus insidias et
adversum eum exercitum prepararit.
et idcirco veneno sit interfectus
a ducibus suis quod cum unus ab illo
quereret tanta molienti ubi
haberet pecuniam respondit amicos
suos esse divitias. Quod cum di
vulgatum esset in populo timuerunt
duces ne auferret eorum substantias.
et idcirco eum maleficiis artibus occi
derunt. Sed quomodo potest in loco
magni antiochi stare ptholomeus.
qui hoc omnino non fecit maxime
cum LXX interpretati sint. et sta
bit de radice eius plantatio. id est de
germine eius et semine persecutoris dei
generatum imperii. et in paucis
diebus conteretur absque ira et prelium.
hebrei vilissimum et indignum decore
regio triphonem intellegi volunt. qui
tutor pueri arripuit tyrannidem
et stabit in loco eius despectus et
non tribuetur ei honor regius.
Et veniet clam et obtinebit regnum
in fraudulentia. Hucusque historie
ordo sequitur et inter porfirium
et nostros nulla contentio est. Cetera
que sequuntur usque ad finem volu
minis ille interpretatur super persona
antiochi qui cognominatus est

epyfanes fratris seleuci filium antiochi
magni qui post seleucum undecim
annis regnavit in syria obtinuitque
iudeam sub quo legis dei persecutio et
machabeorum bella narrantur. Nostri
autem hec omnia de antichristo prophetari
arbitrantur. qui ultimo tempore futu
rus est. Cumque eis videatur illud
obponi. quare tantos in medio dereli
querit sermo propheticus a seleuco
usque ad consummationem mundi. res
pondent. quod in priori hystoria ubi
de regibus persicis dicebatur quattuor
tantum reges post cyrum persarum
persarum posuerit et multis in medio
transilierit repente ad alexan
drum regem macedonum. et hunc
esse scripture sancte consuetudinem non
universa narrare sed ea que maiora vi
deantur exponere. Cumque multa
& que postea lecturi et posituri sumus
super antiochi persona conveniant.
q typum eum voluit fuisse antichristi et
que in illo ex parte precesserint in anti
christo ex toto esse complenda. et hunc
esse morem scripture sancte ut futurorum
veritatem premittat in typis iuxta
illud quod de domino salvatore in sep
tuagesimo primo psalmo dicitur
qui prenotatur salomonis et omnia
que de eo dicuntur salomoni non
valeant convenire. Neque enim per
mansit ille cum sole et ante lunam
generationis et generationis. neque
dominatus est a mari et usque ad mare
et a flumine usque ad terminos orbis ter
re. Neque omnes gentes servierunt ei.
neque ante solem permansit nomen eius.

UVA.BHSC

Nec benedicatur in eo omnis anb neq;
omnis gentes magnificauerunt eum.
Et putet autem et quasi umbra et im
maginem ueritatis. In salomone pre
missa sunt ut in dño saluatore perfec
tius implerentur. Sicut igitur saluator
habet salomonem et ceteros scos in typu
aduentus sui. sicut antixpm pessimū
regem antiochum. qui scos persecutus
est. templumq; uiolauerit recte typū
sui habuisse credendus est. Sequa
mur igitur expositionis ordinem et
iuxta utramq; explanationem quid ad
uersarius. qui nostris uidetur breuiter
adnotemus. stetit inquiunt in loco
seleuci. frater eius antiochus epiphanes
cui primum hi qui in syria ptolomeo
fauebant. non dabant honorem regium.
sed postea simulationem clementie
obtinuit regnum syrie. et brachia pu
gnantes ptolomei et uniuersa uast
antes expugnata sunt a facie an
tiochi usq; contrita. Brachia autem
fortitudinem uocat. unde et manus
appellatur. et ceteri multitudo et
non solum ptolomeum uicit insi
dulentia sed ducem quoq; federis. hoc
est iudam maccabeum superauit do
lis. siue quod dicit hoc est quum ipse
obtulisset pacem ptolomeo. et fuis
set dux federis. postea ei molitus in
sidias ptolomeo autem hic. nonne e
piphanem significat. qui quintus
regnauit in egypto. sed ptolomeo
philometori filium cleopatre soro
ris antiochi. cuius hic auunculus
erat. et quum post mortem cleopatre
eulacius eunuchus nutricius filome

toris. et leneus egyptum regerent
et repeterent syriam quam antio
cus fraude occupauerat. horum
est inter auunculum et puerum ptho
lomeum prelium. Quumq; inter pelu
sium et montem casium prelium com
missum uicti sunt duces ptholomei.
Porro antiochus parcens uero puero et
amicitiam simulans. ascendit
menfim. et ibi ex more egypti regnū
accipiens. puerique rebus prouidere se
dicens. cum modico populo omnem
egyptum subiugauit. et habun
dantes usq; habemus. ingresse
sunt ciuitates. fecit quae non
fecerunt patres eius. et patres patrum
eius. Nullus enim regum syrie lou
uus at ita egyptum. et omnes eorum
diuitias dissipauit. et tam cal
lidus fuit ut prudentes cogitu
tiones eorum qui duces pueri erant.
sua fraude subuerteret. Hec por
firius sequens suetonium sermonem
lucinosissimo prosecutus est. que
nos breui compendio diximus. Nostri autem
et melius interpretantur et rectius
quod in fine mundi hec sit facturus
antixpi. qui consurgere habet de
modica gente .i. de populo iudeorum et
tam humilis erit atq; dispectus ut
ei non detur honor regius et per in
sidias et fraudelentiam obtineat
principatum et brachia pugnantes
populi romani. expugnantur ab eo.
et conterantur et hoc faciet quia
simulabit se esse ducem federis
hoc est legis et testamenti dei. et
ingredietur urbes ditissimas

UVA.BHSC

et faciet que non fecerunt patres eius
et patrum eius. Nullus enim iudeorum
absque antixpo in toto umquam
orbem regnauit et contra firmissi
mus cogitationes sanctorum iniuit con
silium. Faciet que uniuersa usque ad
tempus donec eum di uoluntas facere
sinat permiserit. et concitabitur
fortitudo eius. et cor eius aduersum
regem austri. in exercitu magno et
rex austri prouocabitur ad bellum
multis auxiliis et fortibus nimis.
et non stabunt quia inibunt ad
uersum eum consilia et comedentes
panem cum eo conterent illum.
exercitusque eius opprimetur et cadent
interfecti plurimi. hoc porfirius
interpretatur de antiocho quia ad
uersum ptolomeum sororis sue filium
profectus est cum exercitu magno.
Sed et rex austri id est duces ptolomei
prouocabuntur ad bellum multis
auxiliis et fortibus nimis et non po
tuerunt resistere antiochi consiliis
fraudulentis qui simulauit pacem
cum sororis filio ~~et~~ comedit cum
eo panem. et postea eum occupauit
egiptum. Nostri autem secundum superiorem
sensum interpretantur omnia de
antixpo qui nasciturus est de
populo iudeorum et de babilone uen
turus. primus superaturus est regem
egipti. qui est unus de tribus cornibus.
de quibus ante iam diximus. Duorum
quoque regum cor erit ut male fa
ciant. et ad mensam unam men
dacium loquentur et non pro
ficient quia adhuc finis in aliud

tempus et reuertetur in terram suam
cum opibus multis. Nulli dubium
est quod antiochus pacem cum ptolo
meo fecerit et inierit cum eo con
bibium. et dolos machinatus sit et
nihil profecerit quia regnum eius obti
nere non potuerit. sed a militibus ptolo
mei eiectus sit. Uerum quod ait
scriptura nunc dicit duos fuisse re
ges. quorum cor fuerit fraudulentum
ut sibi mutuo male facerent.
hoc secundum storiam demonstrari non
potest. Ptolomeus enim paruus etate
et deceptus fraude antiochi. Illi malum
cogitare quid poterat. Unde uolunt
nostri hec omnia referre ad antixpm et ad
regem egipti quem primum superatu
rus est et cor eius aduersum testamentum
sanctum. et faciet et reuertetur in terram
suam. statuto tempore reuertetur.
et ueniet ad austrum. et non erit prio
ri simile nouissimum et uenient trieres
et romani et percutietur siue ut
alius interpretatus est. et commi
nabuntur ei. et greci et romani
narrat storia. Postquam reuersus
est antiochus expulsus ab egiptiis
uenisse eum in iudeam hoc est aduersus
testamentum sanctum et spoliasse tem
plum. et auri tulisse pondus plu
rimum. Positoque in arce presidio ma
cedonum. reuersum in terram suam.
et post biennium rursum contra ptolo
meum exercitum congregasse et ue
nisse ad austrum. Cumque duo fratres
ptolomei. cleopatre filii quorum ille
auunculus erat obsiderentur alexandrie
legatos uenisse romanos quorum unus

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

et diriget donec compleatur ira. perpe
trata est quippe definitio. sive ut aquila
interpretatus est. In ipso enim est con
summatio. ab hoc loco hebrei dici de
antichristo putant. qui post iulianum par
vum auxilium surrecturus sit rex qui
faciat iuxta voluntatem suam. et
elevetur contra omne quod dicitur deus.
et adversum deum deorum loquatur ma
gnifica. ut sedeat in templo dei.
et se ipsum faciat deum et dirigatur
voluntas eius donec compleatur ira dei.
quia in ipso est consummatio. quod
quidem et nos de antichristo intellegimus.
porphyrius autem et ceteri qui secuti sunt eum
de antiocho epiphane dici arbitrantur
quod erectus sit contra cultum dei. et in
tantam superbiam venerit ut in templo
hierosolimis simulacrum suum poni
iusserit. quodque sequitur et diriget
donec compleatur ira quia in ipso est in
consummatio sic intellegunt. tam
diu eum posse donec irascatur ei deus. et
ipsum interfici iubeat. siquidem polibius
et diodorus qui bibliothecarum scribunt
historias. narrant eum non solum contra
deum fecisse iudee. sed avaritie facibus ac
census etiam templum diane in elimaidi
quod erat ditissimum spoliare conatum.
oppressumque a custodibus templi et vicinis
circum gentibus et quibusdam fantasiis
atque terroribus versum in amentiam. ac postremum morbo
interisse. et hoc ei accidisse commemorant
quia templum diane violare conatus sit.
nos autem dicimus etiam si acciderit ei.
ideo accidisse quia in prophetas sanctos dei multam
crudelitatem exercuerit et polluerit tem
plum eius. non enim pro eo quod conatus

est facere et actu paenitentiaque implere
destitit pro eo quod fecit puniatur esse
credendus est. et deum patrum suorum
non reputabit. et erit in concupiscenti
is feminarum nec quemquam deorum
curabit. quia adversum universa
consurget. deum autem maozim in loco
suo venerabitur. et deum quem ignora
verunt patres eius colet. auro et argento.
et lapide pretioso rebusque pretiosis. et fa
ciet ut muniat maozim. cum deo
alieno quem cognovit et multiplica
bit gloriam. et dabit eis potestatem
in multis et terram dividet gratuito.
Pro eo quod nos interpretati sumus et
erit in concupiscentiis feminarum.
LXX transtulerunt. et concupiscentiis
mulieris non subiacebit. Rursum pro
deo maozim quod habetur in hebraico.
aquila transtulit deum fortitudinum.
LXX fortissimum. quia vero in hebraico
ubi nos diximus. et erit in concupiscenti
is feminarum ambiguus positum
est dicente aquila. qui verbum expres
sit e verbo. ΚΑΙ ΕΙΙΙΟΦ ΘΝΤΑΙΕ
ΠΙΦ ΕΘΙΙ. ΥΩΙΑΝΘC ΗΑΤΡΩΝ ΚΑΤΕ
ΤΙΙΑ ΤΑΝΤΑΦ OCNECNE idem et
super deum patrum suorum non intelleget
et super concupiscentiam feminarum
et super omnem deum non intelleget.
Quibus verbis intellegitur et habere
concupiscentiam feminarum et non
habere. si legerimus et intellexerimus
ΑΣΙΟΡΟΙΜΟΣ et super concupiscentiam
feminarum non intelleget de antichristo
facilior interpretatio est. quod
ideo simulet castitatem ut plurimos
decipiat. si autem legerimus et

UVA.BHSC

[illegible] in concupiscentia feminarum. ut sub
audiatur antiochi persone magis quo
abstulit qui luxuriosissimus fuisse dicitur
in tantum ut dicatur per stuprum et corruptelas
las. ut usque regie dignitatis ut animus
quoque et scortis publice iungeretur.
et libidinem suam populo presentiam com
pleret. Deum moazim ridicule porphyrius
interpretatus est. ut diceret in uico
modeim. unde fuit matathias.
et filii eius antiochi duces iouis posuisse
statuam. et conpulisse iudeos ut ei
[illegible] immolarent. id est deo modeim.
quod autem sequitur. et deum quem ignorauerunt
patres eius colet. hoc magis
[illegible] in christo quam antiocho conuenit.
Regem enim idolorum greciae habuisse
[illegible] cum et iudeos usque sumeriatus ad
[illegible] rationem suos deos compulisse.
Nec non et hoc quod infertur. et faciet
ut muniat moazim cum deo alieno
quem cognouit. et multiplicabit
gloriam et dabit eis potestatem in multis.
et terram diuidet gratuito. et aheusomolom
interpretatus est. et faciet hec ut muniat
presidium cum deo alieno. et quem
ei ostenderit multiplicabit honorem.
et dominari eis multos faciet et terram
diuidet gratuito propter suos confugium
interpretatus est simulacrum quo porphyrius
blasphemia [illegible] hec omnia ut muniat
urbem hierusalem et in ceteris urbibus
ponat presidium et iudeos doceat ubi
[illegible] um adorare deum. haud dubium quin
[illegible] significet. quem cum illis ostendit
[illegible] adorandum esse persuaserit.
Qui decipit honorem et gloriam
plurimum [illegible] ex cetero quid in iudea

[illegible] sustineat deum. et pro precium
possessiones diuidet et donis [illegible]
Antichristus quoque multos decepturus militibus
largietur. et terram suam et ceteris
diuidet quos errore non quiuerit
sub iugare auaritia. et in tempore
prefinito. proeliabitur aduersum eum
rex austri. et quasi tempestas ueniet
contra illum rex aquilonis in curribus et
in equitibus et in classe magna. et ingredietur
terras. et conteret et pertransiet.
et introibit in terram gloriosam. et
multe corruent. [illegible] Pro quo in [illegible]
tus est simulacrum et multa milia corruent.
Theodotio. et multi infirmabuntur.
Multas autem corruere. [illegible] aquilam
ut urbes ut regiones. ut prouincias [illegible]
collegi. et hec porphyrius ad antiochum
refert quod undecimo anno regni sui
rursum contra sororis filium ptolo
philometorem dimicauerit. qui audiens
uenire antiochum congregauit
multa populorum milia. sed antiochus
tempestas ualida in curribus et in equi
tibus et in classe magna ingressus
terras plurimas et transeundo uniuersa
uastauerit. uenerit ad [illegible] inclitam
in iudeam quam simulacrum [illegible]
et audiuimus interpretatus est. pro
Theodotio ipsum uerbum hebraicum
posuit sabi. et urbem munitam de
ruinis murorum ciuitatis [illegible] sic egit
[illegible] perfecit. Nostri autem [illegible]
et haec referentes dicunt quod primum
[illegible] pugnaturus sit contra regem austri
[illegible] et postea [illegible] [illegible]
[illegible] superauerit quae de decem cornibus
[illegible] contriuerit cornua supra legimus

suum ephadano. Inter maria In monte
sancto et ueniet usque ad partem eius.
Aquila lat. et plantauit tabernaculum
praetorii sui aphedano Inter maria
et montem glorioso et sancto et ueniet usque
ad finem eius. soli lxx a omni se nimis
quaestione liberantes Interpretati
sunt. et statuet tabernaculum suum
tunc In maria et montem uoluntatis
sanctum. et ueniet ora consummationis
eius. quos apollinaris secutus de nomine
apedno omnino conticuit. Haec Ideo
prolixius posui ut porfirii ostendam
calumniam qui haec omnia Ignorauit
aut nescire finxit. et scripturae sanctae
difficultatem cui Intellegentiam absque
dei gratia et doctrina maiorum sibi Impe
ritissimi ut maxime cum dicant.
Notandum autem quod cum praetorium
hebreus sermo non habeat sed propter si
militudinem cum graecus sonat. In isto
tantum locum habuit hebreos scri
bitur quidam sed legitur per. Quod
autem ait xps uenit usque ad summi
tatem montis sancti et Inclitum et Ibi periit.
[...]ulus plenius loquitur. praecipitabit
dominus In monte sancto faciem dominatoris
tenebrarum super omnes gentes. et eum
qui dominatur cunctis populis et hunc catione(m)
quae uncta erat contra uniuersas na
tiones. In tempore autem Illo consurget
michael princeps magnus qui stat
pro filiis populi tui et ueniet tempus quale
non fuit ex eo quod gentes esse ceperunt
usque ad tempus Illud. et In tempore Illo
saluabitur populus tuus. omnis qui Inuen
tus fuerit scriptus In libro. et multi
de his qui dormiunt In terrae puluere

euigilabunt. alii In uitam aeternam.
alii In opprobrium. ut uideant semper.
Qui autem docti fuerint. fulgebunt
quasi splendor firmamenti. et qui
ad Iustitiam erudiunt multos quasi
stellae In perpetuas aeternitates.
Hucusque porfirius. ut cumque se tenuit
et tam nostrorum Imperitis quam suorum
male eruditis Imposuit. de hoc capi
tulo quod dicturus est. In quo mor
tuorum discribitur resurrectio. alii
suscitantur In uitam aeternam. et alii
In opprobrium sempiternum. nec
poterit dicere qui fuerunt sub antiocho.
Fulgebunt quasi splendor firmamenti.
et alii quasi stellae In perpetuas aeterni
tates. Sed quid non faciat perti
nacia. quasi contritus coluber eleuat
caput. et moriturus In eos qui mori
turi sunt uenenum difundit. et hoc
Inquit de antiocho scriptum est
qui uadens In persidem lisie. qui an
thiochiae et finice praefuerant reliquid
exercitum ut aduersum Iudeos pu
gnaret. urbemque eorum hierusalem sub
uerteret. quae omnia narrat Iosippus
scriptor historiae hebraeae quod talis fuerit
tribulatio qualis numquam et tempus
aduenerit quale non fuit ex eo quo
gentes esse ceperunt usque ad Illud tempus.
Reddita autem uictoria. et caesis an
thiochi ducibus Ipsoque anthioco In perside
mortuo. saluatus est populus israhel. omnes
qui scripti erunt In libro dei. hoc est
qui legem fortissime defenderunt.
et e contrario qui deleti sunt de libro
hoc est qui praeuaricatores extiterunt
legis et anthiochi fuerunt partium.

UVA.BHSC

Tunc ille hii quasi in terre pulvere dor-
miebant et operti erant malorum
pondere et quasi in sepulcris miseriarum
reconditi ad insperatam victoriam
de terre pulvere surrexerunt et de humo
elevaverunt caput custodes legis
resurgentes in vitam eternam et
prevaricatores in obprobrium sempiternum.
Magistri autem et doctores qui legis
habuere notitiam fulgebunt quasi
celum et qui inferiores populos exortati
sunt ad custodiendas cerimonias
dei instar stellarum fulgebunt in perpe-
tuas eternitates. Ponunt quoque historiam
de macchabeis in qua dicitur multos
iudeorum sub mathathia et iuda mac-
cabeo ad heremum confugisse et
latuisse in speluncis et in cavernis
petrarum ac post victoriam proces-
sisse et hec metaforice quasi de
resurrectione mortuorum esse predicta.
Tempore autem antichristi talem tribula-
tionem fore qualis numquam fuit
ex eo quo gentes esse ceperunt utrius
intellegitur. Ponunt enim vicisse
[illegible] qui victus est et per annos op-
pressos esse iudeos qui vicerunt.
Nam quid autem fuit tribulatio
quantum eo tempore quando hierusalem
capta est a babiloniis templumque
subversum et omnis populus ductus in
captivitatem. Oppressio loquitur
antichristi et spiritu salvatoris et tunc
salvabitur populus qui scriptus fuerit
in libro dei. et pro diversitate me-
ritorum alii resurgent in vitam eternam
alii in opprobrium sempiternum.
Magistri habebunt similitudinem celi.

et qui alios erudierint stellarum fulgori
comparabuntur. Non enim suffi-
cit scire sapientiam nisi et alios
erudias. Tacitusque sermo doctrine
alium non edificans mercedem operis
recipere non poterit. Quem locum
theodotio et vulgata editio ita
interpretati sunt. et intellegentes fulgebunt
quasi splendor firmamenti. et de
iustis plurimi quasi stelle in eterna
secula. Solent nonnulli querere
utrum doctus sanctus et simplex sanctus eun-
dem inter se mercedem habeant et unam
in celestibus mansionem. Unde nunc
iuxta theodotionem dicitur quod
docti similitudinem celi habeant
et ubique doctrine iusti stellarum
fulgori comparentur. Tu autem dani-
hel claude sermones et signa librum usque
ad tempus statutum. Pertransibunt
plurimi et multiplex erit scientia.
Quod danieli multiplicem revelata
veritatem. Ipse occultare esse signi-
ficans que loquitur est. Precepta
vita in volvere sermones et signare libri
ut legant plurimi et querant [illegible]
veritatem et propter obscuritatem ma-
gnitudinem diversa opinentur.
Quod autem illa pertransibunt idem
[illegible] plurimi multos signi-
ficat [illegible]. Solemus enim dicere
percurri librum et transii [illegible]
quod quidem et tullius de obscuritate
sui voluminis loquitur. et erunt
sermones libri sui quasi verba [illegible]

ÙVA.BHSC

preuaricatum iuge sacrificium · Quando
autem xpi cruorem obtinendis diculaui In
autem dixerit usque ad Interfectionem eius
ante semis anni idem mille ducentos xc
dies complebuntur · Beatus qui expectat
et peruenit ad dies mille ccc · xxx et u q ·
Beatus Inquit Interfectionem xpo
dies super numerum praefinitum qua
draginta quinque praestolatur quib
est dns adque saluator Insuum maiestate
ueniturus · Quare autem post Interfe
ctionem autem xpi xl quinque dierum si
lentium sit · diuini scientia est · Nisi
forte dicam dilationem regni scorum patientia
comprobationem est · Porfirius hunc locum
sic edisserit ut quadraginta quinque
dies qui per ducentos xx sunt uictorie
contra duces antiochi temporis significent
quando Iudas maccabeus fortiter dimi
cauit · et mundauit templum idolorum que
contriuit · et uictimas obtulit In
templo di · Quod recte diceret si maccu
beorum liber tribus et semis annis templum
scriberet fuisse pollutum · et non tribus ·

Tu autem uade ad praefinitum et requiesce
et stabis In sorte tua In fine dierum ·

[illegible] lau Inter praestantis
est · Tu autem uade et requiesce · et resur
ges In ordine tuo · In consummationem
dierum · Quo uerba hos tendit omne
[illegible] · Inicium esse resurrectionis
[illegible] quando et prophetam
[illegible] et [illegible] porfirium
[illegible] antiochi · de autem xpo dicat
[illegible] · ad [illegible]
[illegible] ita dixit plenius [illegible]
[illegible] eusebius et [illegible] apollinarius
[illegible] iudicent · [illegible]

mutat meaDius · Que qui scire uolue
rit · In ipsorum libris Inuenire poterit ·

EXPO FINIT SITIO SUPER PRO
FETIA DANIELIS LI

BRO IUXTA EBRAICUM CONTINET ·

Donum breuiter quod origenes
In decimo stromatum suorum
libro de susanne et belis fa
bulis dixerit cuius hec uerba sunt ·
et parentes eius iusti et docuerunt
filiam suam iuxta legem moysi ·
hoc uerendum est testimonio [illegible]
oratione parentum ut doceant [illegible]
legem di sermonemque diuinum non
solum filios sed filias suas · et consti
tuti sunt duos senes de populo iudices
In anno illo · Referebat ebreus · Istos
esse achiam et sedeciam de quibus
scribit Iheremias · Faciat te dns
sicut achiam quos frixit rex babilo
nis In ignem propter Iniquitatem
quam fecerunt In israhel · et adultera
bant uxores ciuium eorum · de quibus
loquitur est dns quia egressa est
Iniquitas de babilone a senibus iudicibus
qui uidebantur regere ppm · Pater
de presbiteris peccatoribus non ut qui
[illegible] ppm sed quid uidebantur
regere · Qui enim bene presunt ppto
regunt ppm · Qui autem autem non
habent Iudicium et ut [illegible] praesunt
ppto regere magis uidentur ppm quam
regunt · et autem erunt Inconcupiscen
tiam eius et euertrunt sensum suum

ad declinauerunt oculos suos ut non
uiderent caelum neque meminissent
iudiciorum iustorum quod greci uo
cant. Itaque hoc non per perturbationem
quam passionem sequuntur inter
pretamur. Haec igitur perturbatio
et cupido libidinis euaserat immo
percussit cordi sanorum. sed ualuerunt
nisi eorum lucente fundamentum.
Et cogitauerunt deserunt complere
ipsi uerterunt sensum suum, quo sub
uerso: oculi eorum inclinati sunt.
ut caelum non uiderent. nec recor
darentur iudiciorum iustorum siue
dei. siue honestatis, siue naturae.
Quae omnibus ad bonum insita est.
Et ecce susanna inambulabat iuxta
consuetudinem. Antea tum dictum
est quod faceret mane inambularet
susanna nec incongruum est ad plu
ritates eos. qui omnium quae gerunt de
scriptis sensis quaerunt exempla.
Hunc inambulandi locum adsum
mare quod facit quis ad uegetandum
corpusculum deambulet quae locum
inquit de separatione edicione
nunc posui. quod dicit origenis
ostendit certe se non iuxta septua
ginta interpretes disseruisse. Inge
muit quae susanna et ait. angustiae
mihi undique. Si enim hoc egero.
mors mihi est. Si autem non egero.
nequaquam effugiam manus uestras.
Cum ad summam castitatem perfecte uisitauit
uenerit numquam dicit sibi in
minere discrimen. Siud ulatro tu
mani non effugerit dicitque eum ad
ante nobis et commiscere nobiscum.

Alioquin si nolueris dicentes testimo
nium contra te quod fuerit tecum
iuuenis et ob hanc causam dimiseris
puellas a te. Humane quippe fragi
litatis est mortem timere quae in
feratur pro iustitia. Nisi forte in
castitate interpretabimur non inimi
nentis mortis sed opprobrii et igno
miniae qua perfundenda erat illis ac
cusantibus atque dicentibus fuisse quem
illa iubenis. et idcirco dimisit puellas.
Si enim hoc egero mors mihi est. Si
autem non egero nequaquam effugiam
manus uestras. Peccatum mortem uocat
sicut ergo et qui facit adulterium.
sic omne peccatum quod ducit ad
mortem. mors appellandum est. et
ad eterni peccati ad mortem unde et
econtrario ad eterni resurgimus et iu
stificamur. quoque uitae digna
opera facimus. Sed melius mihi est
absque opere incidere in manus uestras quam
peccare in conspectu dei. Ingressum
non habeo melius. ideat persona terti
reddat pro: quod nos bonum interpre
tari possumus unde eloquentia non
dicit. Melius mihi est incidere
in manus in eorum praeuaricantis quam
peccare in conspectu domini. ne in doctrinae
compunctione dei peccat quod
erat hoc appellare melius. sed bonum
est inquit mihi non facere malum
et incidere in manus uestras quam peccare
in conspectu domini. Sed absoluta bonum
mihi est non facere malum et incidere
in manus uestras ne peccem in conspectu
domini. Et exclamauit uoce magna
susanna. exclamauerunt autem et senes

UVA.BHSC

percussione . et clamore faucium . sed
pudicitiae . magnitudinem per quam
clamabat ad dominum . Unde et in sca
scriptura in exclamatione seniorum
non adposuit magna vocem . sequitur
enim clamaverunt et senes adversus eam .
Et exclamavit voce magna
susanna et dixit . Deus aeterne qui abs
conditorum es cognitor . qui scis omnia
antequam fiant . tu scis quia falsum
contra me tulerunt testimonium .
Cordis afectus et mentis puritas confessio
et boni conscientiae vocem eius fecerunt
clariorem . Unde magna erat ut cla
maret ad deum que ab hominibus non
audiebatur . Cumque duceretur ad
mortem . suscitavit dominus spm scm pueri
iunioris cui nomen daniel . quo sermone
ostenditur non infuisse in danihele
spm scm sed eum qui erat in illum et
quiescebat propter etatis infirmitatem .
necdum poterat opere demonstrare .
data occasione protectum fuit in domino
suscitatum . Et exclamavit voce
magna . mundus ego sum a sanguine
huius . suscitato itaque spu sco et que
puer deberet dicere suggerente vox
eius magna erat . Et notandum sic
ubi in scripturis sci peccatoris vox
magna dicitur . Dic sub qua arbore
videris eos loquentes sibi . qui ait .
Sub scino . Dixit autem danihel . recte
mentitus es in caput tuum . ecce enim
angelus di accepta sententia ab eo
scindet te medium . et amodicum ut lar
[illegible] tulit . sub prino . Dixit quoque
[illegible] danihel . Recte mentitus es
[illegible] in caput tuum . manet enim

angelus di gladium habens ut se
cet medium . quia hebrei reprobant
storium susanne dicentes eam in
danielis volumine non haberi
Debent diligentes inquirere ne quo
scini et prini quod lectori illicem
et lentiscum interpretantur .
sit in apud hebreos et quam habe
ant . ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑΝ et ab scindendo
et a prino serrando sive secando dicta
lingua eorum . quod si non fuerit in
ventum necessitate cogemur et
nos eorum adquiescere sententiae qui
greci tantum sermonis hanc volue
runt esse . ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑΝ quia grecam
tantum habeant ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑΝ
hebreicam non habeat . Quod si quis
ostenderit duarum istarum arborum
scisionis et serrationis et in hebreo so
ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑΝ tunc poterimus etiam
hunc scripturam suscipere . et fece
runt eis sicut male egerunt adversus
proximum . ut facerent secundum legem
mosi et interfecerunt eos . Silui
fecit eos omnis sinagoga . videatur
illa opinio refutari de qua supra
diximus secundum hieremiam quod ipsi
essent presbiteri . achius et sedecias .
Nisi forte hoc quod scriptum est . inter
fecerunt eos . sic interpretemur .
pro eo quod etiam regi babilonis occiden
dos tradiderunt sicut et nos dicimus
quod iudei interfecerunt salvatorem
non quo ipsi percusserint . sed quod
tradiderunt occidendum [illegible]
clamantes dixerunt . crucifige
crucifige eum . Celcias autem et
uxor eius laudabant dnm pro filia sua

UVA.BHSC

suramne quam Ioachim ... ab
... omnibus quia non est in
... scripturis. Digne quasi
... dama dm non quia liberata
... manu presbyterorum susanna
... non sit laudabilis est
... discriminis sed non est lib
sed quia non est inventa in
... littera. Quamquam aperte sint
... oculis aspiciant sed magis
... a voce magna. Magistra
... non est aperte illis dolus.
... scripturae nunc dicta.
... voce magna. Quia de
... nunc dicitur
... non nam sub
... endum alterum voce
... invenimus
... facile qui hunc sacrorum

in libro danihelis apud hebreos ...
... non haberi. Siquis autem po
tuerit adprobare esse docuimus
tunc quaestionem est quod ei respon
dere debemus.

EXPLICIT EXPLANATIO DANIELIS PROPHETE



UISQUIS ANELANTER HIC LECTURUS ACCESSE
RIS: PRO ME INDIGNUM OBECO PRSBITERO:
ORARE DIGNES. FORSAN DEVITIIS CARE
ET AD DNM REDEMTOREM SINE CONFU
SIONE PER VENIAM ... DO GRAS

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

nenon lectiones nisi euenit in dominica. In festiuitate sce leocadie virginis. Qui gloriatur in domino. Regnum mundi. hymn. Virginis proles. Diffusa e gratia. Virgo prudentissima. per paganus. Or. Exaudi nos deus salutaris noster. In matutinum et alia querere in natale unius virginis preter lectiones. Passio sce leocadie virginis que obiit toleti sub daciano preside. v. id' decembris.



In temporibus illis: dum post corporeum saluatoris aduentum. et pro redemptione nra sanguinis eius effusionem: ad inferos descensionem: a mortuis resurrectionem. ad celos ascensionem. euangelica eruditio sensim atque gradatim: apostolorum doctrina in omnem terram refulsisset. sera tandem hyspanie finibus innotuit. Erat que rara fides. et ideo rara: quia magna delubra gentilium in omni loco sacrilega effusione cruorum hyrcorumque fumabant. et quia non nulle ciuitates. opida uel castel[la] ... fanorum monstruosorum ymaginibus ex auro. et argento: uel omni metallo erant. Ly aute. Lc ii

Celebrantur preterea in effigie illa demones. et fides in xpo pulluians: inter tantas rabies paganorum: palpitabat. Con-

... sancti nom...
tiam B et bat...
grauit. Que c...
ut impiissimum d...
dem: impiissimi diocle...
ximianus iussi oes a...
magis quam gubernand...
yspaniam. Primum nam...
lup cruentus intrauit. Ja...
sanguine mrm cadauer...
cus fluctans hyspania ad...
felicem. ciuitatem. eulali...
os quorum nomina lon...
enarrare: grauissimus co...
affirmens. eos animas co...
mrocuas. de post inde f...
cesaraugustam quasi leo f...
arripuit. Lc iii

Quanta ibi lud...
tiaque uerbera: c...
oes. quot sang...
effusiones. si humana lin...
at ipsa que pollita e x...
guinibus eia loquetur. eo ...
exceptus fuerit. qui besti...
non teneat reliquos: a...
simos cineres: mrm loc...
alacri profectu complut...
greditur ciuitate. Ibi an...
truncatis cruorem et la...

UVA.BHSC

...panuqm uidens.
...non ... plicium
... apte
... presul.
... nde nos
...nnus qui magis an
componere parua. hic
a que in epatu gessit
dño ueniat ...dus
...opus ...
... paucissimas ex
... ob amore sci
...
marcum
pio
... and
... qui sque fo
...

sancte frequentia ...
mandari condebat ... Iubilare
Atfanat ...
... macerabat E Ds ds ms ... ancte ... iuste
... ad honorem ... meruit
... diuinitus E 8 ne A ... ancte ...
... confesse ... preciose ...
... prudens pius et propitius E
cpl'm Ecce sacerdos. hymn' Ihesu
redemptor omnium. V Ora pro nobis
... A
... quod ab leno ...
... clare ...
... quesiuit ... Bñs
Ds qui beatum nicholaum
... dia orña quem ...
... In uespis ... Psalmi de
confessorib' cpl'm Ecce sacerdos. hy
mn' Iste confessor. V Ora pro nobis beate
...

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC